accidit. *Bo Prusowie pierwey Bogu potym Bolesławowi Wiare złamawszy na o-*
ne Woysko iego porazili w ktorey Woimie Za sprawiedliwym Bozym Sadem omne
Cromerus Fol: 502 penè robur Polonorum afflictum & debilitatum est. Prussi mortuorum spolijs po-
titi dijs ea suis quibus victoriam illam acceptam referebant.

Teyze zley Polityki z sskoda swoia w Czechach zazywał Krol Waczław
kiedy męczeszny Huss Wiclepha Hæretyka, prawa dogmata rozsiewac począł, cze
mu on wczas niezabiegaiąc wolał chciwie złote iayca, ktore mu ta ges męczel
sna mosta zbierac zkąd wonym o Religiey Rzpiey zamieszawszy vires sume-
te multitudine, ducesq3 improbos nacta, coitiones non modo contra Magistra
tum Pragensem, sed etiam contra Regem ipsum vulgo haberi & res gladijs non
verbis ageri bonisq3 Ecclesiasticis manus admoueri, cæptæ mox omnia summa &
ima permixta, iuraq3 diuina & humana euersa, itaq3 vt neq3 Venceslaus Rex
amissis semel per incuriam & commentiam habenis Regni subuenire perditis
rebus potuerit. *Wczym samże Krol extrema pericula passus, ze sie y po*
smierci w grobie w pokoiu wylezec nie mogł.

Takasz była Pseudopolityka onych męczesnych Przodkow naszych mia
In Confœdera: Warsau: 1573 nowicie Franciszka Krasinskiego Biskupa Krakowskiego, ktory sie w Inter
regnum po smierci Augustowey na Confederacyą przeklętą propter idi-
In Manuscripto Ioannis Demetry Sulikouij Archiepi Leopolien in Comment rerum à morte Sigis: Augu: Polo: Reg: gestarum statim in principio Pagi: 3 lum hoc politycum propter bonum pacis podpisał. Dla tego tez podobno
w Bozeimie sie pochowac kazał, niechcąc w Krakowie Sanctorum An-
tecessorum suorum Sepulchra, sua sepultura prophanare.

Tego Polytika złosliwego w Ossobie Greckiego onego Menona wyma-
Xenophon de expedit: Cyri circa finem Lib: 2 *lował* Xenophon. qui opum cupiditatem aperte præseferebat & minus
Imperij cupidus erat, vt plura consequeretur & esse in honore volebat vt
plus lucri faceret, potentissimis quibusq3 amicus esse volebat, vt iniuriarum
pœnas non daret, viam maxime compendiariam arbitrabatur esse ad effici
enda ea, quæ concupisceret, si peieraret & mentiretur & falleret, simplicem &

candidam

candidum esse pro eo ducebat, atq3 si quis sit stupidus neminem ex animo dili-
gebat, ac si cui amicum se profiteretur, ei palam insidiabatur, hostem nullum
irridebat verum de iis, quibus cum esset ita semper loquebatur, vt eos habe-
ret ludibrio, itidem bonis hostium non insidiabatur, quod difficilè putabat esse
facultates eorum qui sibi cauerent, consequi, sed amicorum res quia non admo-
dum seruantur, solus intelligere videri volebat captu facillimas esse, quoscun-
q3 periuros & iniustos esse animaduerterat, quasi satis munitos formidabat, re
ligiosos ac pietatis studiosis tanquam minimè viri libus præ libidine vtebatur.
& quemadmodum alius quispiam propter pietatem erga Deum, veritatem iu-
stitiam gessit. Sic Menno iactabat se quod circumscribere posset alios, quod
mendatia fingere, quod amicos irridere. Si quis vafer non esset eum rudem
& imperitum esse censebat apud quos in amicitiæ loco volebat esse principe
hos sibi conciliandos putabat, criminationibus illorum, qui Principes apud eos
essent. Iniuriarum societate milites sibi obsequentes reddebat. Affici se honore
atq3 coli propterea volebat, quod demonstraret & posse & velle se plurimùm
iniuriæ inferre. Illis qui à se defecissent obyciebat hoc beneficij loco, quod id
tempus cum ipsorum vteretur opera, non eos perdidisset. ~~

*Takiemiż własnè farbami przewrotnego Polytika Obras, naß Poèta Pol-
ski wymalował.*

Acernus Sulmiercensis in Victoria Deorum Cap: 26 Fol: 199

Iura sæpè Deos pretium periuria rebus
Concilient vitiosis & consuesce paciſci
Pro lucro vitamq3 caputq3 tuamq3 salutem
Callidus & summa cole religione Lauernam
Vt cælet tua vaframenta & crimina velet
Flagitijsq3 tuis nubem prætendat & atram
Opponat noctem. Ne cui videaris iniquus
Mentiri ne turpe puta, rescindere pactum
Fallere depositum, res interuertere plenas
Compilare domos, æraria, Fana Deorum
Manticulari, prædari, sub nomine legis.
Ne pudeat Conuentis stare, forensibus esse
Rusticitatis opus, fatuæ deliria plebis
Crede, putaq3 catus, mera sit tibi fabula leges
Pro rebus dare verba, viri sapientis & acris
Officium ducas, & stultum iure vocato
Qui bonus & sapiens audit tamen æris egenus
Non capit ad minimum Sestertia mille quotannis
Paupertas tantum de Recto disputat ægre
Pannosiq3 Sophi, non curant ista potentes.

*O krutni ſą bałwochwalcy, bo owałtem Bogom swym Poganskiem Boską cześć
ofiarowac przymuſzaią, niezbożni Hæretycy Mistrzowie ktorzy woiowac
przeciwko bałwochwalcom zakazuią.* Præliari aduersus Turcas esse Deo iniquitates nostras per illos visitanti repugnare. *Luter iako Pogamin za-
kazuie. Straſmi ſą ciż Hæretycy, bo z iednego z nami Kościoła, y spod:
iedney Chrystusowey Chorągwie wychodzą. Nieuzyci y chciwi ſą odsze-*

Luther: Tom: 2. Vittemb: in assertionibus damnatis p Leonem X. Artic: 34

BIBLIOTEKA

pieniędzy, ktorzy wola w iarzmie niewolky Pogańskiey, zaledwie dychac a mogli w posłuszeństwie Chrześciańskim zwierzchności Kościelney swobodnie żyć. Ale nader zli Politycy bardzo są szkodliwi, bo są iako Domowi złodzieie, ktorych się trudno ostrzedz, są iako Domowi nieprzyiaciele, ktorych trudno poznać, bo maią zmyślone twarzy, y do rad tayemnych w Maszkarach zdradliwie przychodzą, w iaką chcą postać przemieniaią się, biorą na się maszkarę iaką chcą. Raz się w Lamparta Tarantowatego, drugi raz w pstrego Rysia obieraią; raz się odziewaią postacią Koczkodańską, drugi raz w nature Struszową, a trzeci raz biorą na się podobieństwo człowieka naturze ludzkiey przeciwnego mestatecznego y obłudnego; bo pseudopolitici ab Hæreticis prodierunt, quia Omnis Hæreticus est Pseudopolitic. Dlatego y Iob Swiety o chytrości y obłudzie tego świata prawdziwie toż powiada.

Iob Cap: 36 Proverb: Cap 15

Simulatores & callidi prouocant iram Dei, non enim sufficit si nomen Christianum accepimus opera autem Christiana non fecerimus. Abominationes enim Domini, Cogitationes malæ, & purus sermo pulcherrimus firmabitur a deo.

Owo zoła niezbedna ta zła Polytica była zawzdy y iest owczuciem ktorym się w Kaźerstwa przeklęte obuwac poczęła nassa Korona Polska. Boż zaś mępozormeyssa zdała się rzecz ex Status ratione, Dziesięcin Duchownym denegowac, niżeli zwyczaiem heretyckim, bonorum operum mercedem z Kościoła Bożego wyrzucać? A to iest inuentyia chytra y obłudna złego Polityka A za się mężda znośnieyssa rzecz pozwolić dissidentibus Confœderatiey Ptor bonum pacis, y na mie się Katholikom podpisać, niżeli winy w Statucie Iagiellowym na dissidentach napisane, rozciągać. A to iest ono Idolum polytico religioni Catholicæ oppositum. A za się niezda ex Status ratione rzecz słuszneyssa. Ordinem Spiritualem ad onera quæuis, & stipendia militia angaryowac, niżeli go po haretycku ex patrimonio Christi gwałtownie wyrzucać! A to iest Status rationis polyticum Secretum, żeby się wszyscy do ciężarow publicznych zarowno przykładali. A za to mie iest rzecz lżeyssa mieczcie Spirituali Magistratui et eius Iurisdictioni subesse, niżeli legitimata tem Sacerdotij et potestatem Summi Pontificis in Ecclesia Catholica po Heretyku negare? A to iest złego Polityka rada, y te są naprzedmeyssze Rationis Status targowe Reguły, wiedzy zaszymic a mmey podac, żeby się co potrzeba wytargowało.

Niechayże się tu zaraz przeyrzą Dissidentes, albo iako się teraz sami nazywaią Diuersi, in turpissimam hæresim siue temeritate, siue malitia zawiedzeni, możeli mieć co spolnego Trybunał Koronny, ktory iest à Summa ipsius necessitate postanowiony cum hac monstrosa Hæresis generatione, ktora iest à Summa Sathanæ malitia, ad oppressionem veræ Religionis & veræ iustitia wymyślona, y mogli Szatan co wymyślnieyssego nalesć, nad te swoię przeklętą rodzinę, ktora albo gwałtem Tyrańskim albo złością wssetecznią, albo wściekłym uporem, albo zdradziecką chytrością człowieka odwodzi a vero Dei cultu, à sobie go w posłuszeństwo podawa.

Co że się dostatecznieyi in Secunda Hæresis turpitudine pokaże ktora iest in Summa pœnarum contra Hæreses statutarum acerbitate

Tedy teraz do mieyi przyść potrzeba

SECVNDA
HÆRESIS TVRPITVDO

A ſumma contra Hæreſes, pœnarum Legibus Regni ſancitarum, acerbitate.

In qua continentur

1 Ortus, Progreſſus, & Incrementa, Schiſmatum & Hæreſeum in Regno Poloniæ
2 Reges ſub quibus ortæ ſunt hæreſes
3 Pœnæ contra Hæreticos ſancitæ
4 Nomina Hæreticorum
5 Conſenſus mutui eorundem
6 Literæ Vniuerſales hæreſes prohibitoriæ.

Subdominatu Wladiſlai Jagiellonis

Cromerus Lib: 1 circa finem de ſitu Poloniæ & gente Polo: in Corp: Hiſt: Polo: Fol: 93

Polona gens ſemper Hæreticarum nouationum inſolens & impatiens fuit; Huſſitica & Viclephitica inprimis labes & hæreſis extremis Wladiſlai Jagyellonis Regis, & primis filiorum eius Wladiſlai & Cazimiri temporibus Poloniæ Regnum infecit. Sed Principum & Epiſcoporum virtute, authoritate, ſtudio, ac diligentia, cæterorumq; Procerum pietate, grauitate, & conſtantia, malum altius radices excreſcere permiſſum non [illegible]. *Ale dawna przypowieść iest.* Semper aliquid mali à vicino malo *Toś właśnie Polſkiemu naſzemu Kroleſtwu ſtało, ſie że ſie zaraziło od Kroleſtwa ſchereſyzalego Czeſkiego Ktorego ſchereſyzemie y za raze tak naſza opiſuie Hiſtoryja.* Hæreſis Viclephi quæ ante annos multos Regnum Angliæ grauiſſimè infecerat in Regno Bohemiæ in Ciuitate Pragenſi

Dlugoſ: ſub Anno 1409 ſſ 9 Tit: Ioannes Huſſ hæreſim Vcleph Pragæ excitat

vbi

vbi tunc generale vigebat ſtudium per Ioannem Huſſ Bohemum reaccenſa & re-
ſuſcitata eſt, permittente occulto Dei iudicio, & in breuiſſimo tempore diſſimulante
Venceſlao Bohemiæ Rege & Zophia de Bauaria Bohemiæ Regina, cum aliqui
bus Conſiliarijs eam nutriente ſerpens totum Regnum Bohemiæ infecit. Solo
aũt liuore & inuidia dictus Ioannes Huſſ, quia per impetrationem cuiuſdam de
Præbenda Pragen' fuit iure excluſus hmõi Viclephiſtarum fabricare hæreſim
cæpit. Et quia erat homo magnæ ſcientiæ & eloquentiæ, ſingularis quoq3 & exem
plaris vitæ, & propter prædicationem ſuam expreſſiuam plurimum dilectus à vul-
go, facilè æſtimatione ſua Bohemorum pectoribus, ſuaptè ad nouandas res & arro
gantiam ſingularem pronis, hæreſis hmõi virus plantauit. Qua fimbrias ſuas ſenſim
dilatante, Studium generale mandato Sedis Apoſtolicæ diſſolutum, & practicari
in Praga prohibitum eſt, & omnes exterarum gentium Scholares, item omnes Re
ligioſi & Sacerdotes, qui hæreſim ortam abominabantur, de ſtudio é Ciuitate pul
ſi, pleriq3 etiam trucidati, ſeditiones magnæ in populo exortæ, bella inteſtina & la
trocinia aucta, & omnis vnitas, Ordo, pulchritudo, & decus Regni Bohemiæ peſ
ſundata. Inualeſcente ſiquidem Hæreſi præfata, fuerunt paßim per laicos tempora
lia Eccleſiæ Dei & miniſtris eius ablata, & omnes Spirituales, qui hæreſi conſentire
nolebant, aut occiſi, aut violati, aut expulſi, templa incenſa, prophanata, & diruta, oſſa
& inſignes, Sancti Venceſlai Patriæ illius Principis & Patroni, aliorumq3 Sanctorum
diſiectæ & conculcatæ reliquiæ, glorioſum Carthuſienſium Monaſterium & plures a-
liæ ædes Sacræ vſq3 ad ſolum ruinatæ, & omnibus bonis partim trucidatis partim
excluſis et diffugientibus, malignus quiſq3 illic habuit receptaculum & cubile. Multipli
catis aut ſceleſtis viris plurium iniquitates ſtudijs malignorum hominum in Bohemia
pullularunt. Eoq3 malignitatis ventum fuerat, vt etiam nonnulli Sathanæ Satellites Se-
ctam Picardorum, publicos & permiſcuos concubitus permittentem aliquanto tempore
exercuerint. Auxerat dogma peruerſum Petri Anglici in Pragam aduentus, Qui ex
eo tempore vſq3 in diem mortis ſuæ illic degens, Anglicana venena quæ ex libris
Vicleph didicerat, Bohemicæ nationi propinabat. Quæ omnia mala (proh dolor) Bo-
hemico Regno præſtiterunt Mororum inflatorum & Doctorum prurientium, et pluſq3
oportet ſapere enitentium, in opinionibus diuiſiones & interpretationes improuidæ
ſcripturarum, atq3 ea ex ſuperbiæ tumore prouenientes, ita, vt exinde patria glo-
riosa, & natio præclara Slauonica, redderetur fæda, turpis, & ingloria.

Cuius peſtiferæ Sectæ hæc ſunt dogmata.

Dogmata Huſſitica

Dlugoſſ: ſub Anno 1414 §: 13

1 Romanam Eccleſiam reliquis Epiſcopis parem eſſe
2 Inter Sacerdotes nullum diſcrimen
3 Præſbyterum non dignitatem, ſed vitæ meritum efficere potiorem
4 Animas corporibus excedentes aut in æternas é veſtigio pœnas mergi aut
æternæ conſequi gaudia
5 Purgatorium ignem nullibi inueniri
6 Vanum eſſe orare pro mortuis, de vanitate [illegible] is incrementũ & inuentũ
7 Dei ac Sanctorum imagines delendas
8 Aquarum palmarumq3 benedictiones
9 Mendicantium Religiones malos

10 Sacerdotes pauperes esse debere, sola contentos eleemosyna
11 Liberam cuiq3 verbi prædicationem patere
12 Nullum capitale peccatum quantumuis mali vitandi gratia tollerandum
13 Qui mortalis culpæ reus sit eum neq3 Sæculari neq3 Eccliaca dignitate potiri neq3 parendum ei
14 Confirmationem quam Chrismate Pontifices inducunt et unctionem extremam inter Ecchaca Sacramenta minimè contineri
15 Auricularem confessionem nugacem esse
16 Sufficere suâ quæq3 Deo in cubili suo confiteri peccata
17 Baptismum fluuialis undæ nulla interiecta Sacri olei mixtura recipiendum
18 Cimiterium in inanem usum quæstus causa repertum, quacunq3 tegantur tellure corpora humana nihil distare
19 Templum Dei latè patens ipsum mundum esse, Coartare Maiestatem eius qui Ecclias, Monasteria, Oratoriaq3 construit, tanquam ppicior in eis bonitas Diuina inueniatur.
20 Sacerdotales vestes, Altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patinas, vasaq3 huiuscemodi nihil habere momenti
21 Sacerdotem quocunq3 loco quocunq3 tempore, sacrum corpus Christi confícere posse, petentibusq3 ministrare, sufficere si verba tantum Sacramentalia dixerit
22 Suffragia sanctorum iam in cælis cum Chro regnantium frustra impetrari quæ iuuare non possunt
23 In Canonicis horis cantandis dicendisq3 frustra tempus teri
24 Nulla die ab operatione cessandum nisi quæ Dominica appellatur
25 Celebritates Sanctorum prorsus reijciendas.
26 Ieiunijs quoq3 ab Ecclesia institutis nihil inesse meriti.

A do Polski iako się furtiuè wkradła memogąc via aperta, bo nie zawżdy Krol Polski swiatobliwy Pan, à mogę rzecz bespieczne pierwszy Apostoł Wielkiego Xięstwa Lithewskiego IAGIELLO *gardził, y przyiacieley iako fałszywey, sproszney, y słowu Bożemu przeciwiaiącey się miechciał. Y w ktorey od niegoż lubo generalnij respons byli odmieśli, Religionem sibi esse apud Hæreticos regnare, nie contentuiąc się nim iednak, zamydliwszy oczy Conjurationi tym Że nagle przyścia do Królestwa Czeskiego, (co iest u hæretykow communissima politica oblatio, iako Hæretycy Kalwinistowie w Pruśiech z Gustawem za czasow naszych in Anno 1626 sobie byli postąpili,) do tego go przywiedli, Że illorum pestiferis erroribus consensit. Oczym tak Historya nassa swiadczy.*

Cromer: in Corp: Hist: Polo: Lib: 18 Fol: 675

PRIMVS HÆRETICVS IN REGNO POLONIÆ

Dlugoss: sub Anno 1424 § 9

Duæ Sigismu… Bohemorum vanis promissionibus illectus, re… dire in Bohem… Regis & Consiliariorum spreta prohibi…

twne

tione in animum induxit, sperans se Boliemiæ Regnum facili negotio obtenturum. Die itaq3 Pentecostes, collecta numerosa Polonorum colluuiè, qui aut sua patrimonia profuderant, aut ludicijs damnati, aut ære alieno grauati erant in Bohemiam ire pergit. Et tum demum Communionem vtriusq3 speciei, quam als hæreticam credebat, quo facilius ad Regni Bohemiæ gubernacula pertingeret, & per se & per suos practicare cæpit & Bohemorum pestiferis fauere erroribus. Ex qua re & Bohemis peste hæretica infectis pertinatia & robur, Wladislao verò Polonorum Regi & suo Regno vehemens suspicio & sugillatio tam apud Summum Pontificem, quam apud nonnullos Catholicos Reges & Principes accessit.

A Kromer tak te Historyą opisał. Wladislaus Rex Visliciam profectus, ibi cum legatio Bohemorum conuenit, petens vt quando ipse Withowdusq3 nolent, Coributhum sibi Regem mitteret. Probauerat enim is priore expeditione Bohemis industriam virtutem ac diligentiam suam. Non modo negatum sed bellum quoq3 denunciatum Bohemis, ni hæresim abijcerent, & Romano Pontifici dicto audientes essent. Profectus est tamen ad Bohemos Corybuthus Rege inscio cum aliquanta facinorosorum & obæratorum hominum manu, quæ ad eum confluxerat; quamobrem suspitionem Cæsaris, multorumq3 prætereа vitare Wladislaus non potuit. *Cromer: in Corp: Hist: Pol: Lib: 19 Fol: 679 sub Anno 1424*

A mędzim że dla Corybutha Iagiello w suspicyey wielkiey był v Papieża Czesarza, y Xiążąt inszych Chrześciańskich, bo iego był Synowiec rodzony. Ale kto uważy szey okazyey Statut Koronny przeciwko iego pomocznikom, także kto uważy infectionem Bohemicæ pranitatis, qua fuit infectus Corybuthus, et oblationem Regni Bohemici ipsi factam, także kto uważy słowa contra Schismaticos, w Przywileiu ktory iest de Incorporatione Ducatus Lithuaniæ, Regno Poloniæ, lacno pozna, zelum Iagiellonis in Religione, y osadzi że mieszkanie, Czesarz, y insze Xiążęta Chrześciańskie, o mim to zamyślaiąc mieli, bo wiekssa była w Witholdzie Xiążęciu Lithewskim ambitio Regni Bohemici, aniżeli w Iagielle Krolu naszym. Co się pokaże z responsu iego, Corbawiensi Episcopo Legato Sigismundi Romanorum Regis, daneco. Ktorego tenor taki iest.

Responsum Vitholdi
Legato Sigismundi Romanorum Imperatoris

Non abnuo neq3 inficior, quinimo profiteor liberè ac clarè, Ducem Sigismundum Coributh meo mandato, meisq3 impensis, & meis auspitijs, ad faciendum resistentiam hosti meo, Sigismundo Regi, Domino tuo, in Bohemiam transisse. Qui cum fœderatus & iuratus mihi frater foret, pollicitus se ad occupationem terrarum mearum nunquam aspiraturum, per pronuntiationem tamen sententiæ suæ, euidentem iniquitatem continente, me terris meis spoliare, & illas Cruciferis applicare non turpe putauit. Vicem itaq3 iniuriarum hosti meo Sigismundo repensurus Ducem Sigismundum Coributh nepotem meum in Bohemiam misi, gentibus & pecunia illum adiuturus, & personale, si deposcet necessitas, illi solatium laturus, vt hostis meus Sigismundus aliquando tandem intelligat *Długoss: sub Anno 1422 § 17*

quem offenderit, & sciat mihi aliquid roboris & animi inesse, desistatq3 me suis ingenijs suaq3 calliditate grauare. Ta była odpowiedz Witholdowa Cesarzowi z ktorey kazdy może poznac, iaki był animusz Witholdow do przyięcia Ceskiego Krolestwa, y iaka była w nim ambitia

A w Przywileiu zas tym ktory iest de Incorporatione Regno Poloniæ magni Ducatus Lithuaniæ, łacno kazdy obaczy zelum Iaviellonis circa Religionem Catholicam, w ktorym tak mowi de Schismaticis & alijs infidelibus.

Priuilegium Incorporationis Regno Poloniæ magni Ducatus Lithuaniæ

Herbolt: Tit: Vnio Fol: 524

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Debitores sumus Spiritualis alimoniæ, salutaria illis pocula ministrare, quibus præsidentes temporalium commodorum præstamus suffragia, vt quos ad corporis necessitatem sustentamus, salutis etiam ipsis, quantum nostra sufficit facultas ministeria porrigamus, ne dum temporalibus insistimus profectibus vitæ commoda negligere videamur. Et vnde dona benedictionis, & brauium expectamus sempiternum inde vitæ detrimenta sentiamus, & præmijs destituti adoptatis nulla laboris nostri commoda consequamur. Expedit perquirere & debita attentare ratione, vt dum hominibus impartimur carnis beneficia, meditemur qualiter ipsis cælestia præbeamus alimenta, & quos in hoc sæculo transitorijs rerum condimus copijs illis viam æternæ beatitudinis demonstremus, qtnus et hic nostræ munificentiæ cognoscant præsidia, & tandem futuræ gloriæ compendia, per exercitia directionis nostræ apprehendant in omnium Saluatore. Proinde nos Wladislaus &c. Cum eos sæpe munificentiæ nostræ donis refecimus summopere affectamus Spiritualibus gratijs refouere, & per quæq3 legitima studia & labores id feruentius mancipare. Qui vt se in fidei constantia commodius exerceant & crescant de virtute in virtutem, iugum seruitutis quo hactenus fuerunt compediti & constricti, de cervice ipsorum deponentes & soluentes, ex innatæ nobis benignitatis clementia ipsis libertates, immunitates, gratias, exemptiones, & Priuilegia dari Catholicis solita, iuxta continentiam articulorum subscriptorum tenore præsentium concedimus & largimur. Et primo quamuis eo tempore quo almo spiritu inspirante fidei Catholicæ recepta & cognita claritate, Coronam Regni Poloniæ assumpsimus pro Christianæ Religionis increpento, & bono statu ac commodo terrarum nostrarum Lithuaniæ prædictarum, ipsas & cum terris ac dominijs ipsis subiectis & connexis, præfato Regno nostro Poloniæ appropriauimus, incorporauimus, coniunximus, vniuimus, adiunximus, consæderauimus de consensu vnanimi nostro, & aliorum fratrum nostrorum & omnium Baronum, Nobilium, Procerum & Boiarorum eiusdem træ Lithuaniæ voluntate accedente & consensu &c. Barones etiam Nobiles Boiari trarum nrarum Lithuaniæ prædictarum donationibus Priuilegijs & concessionibus ipsis per nos datis, impertitis & collatis, duntaxat Catholici & Romanæ Eccliæ subiecti & quibus Clenodia Nobilium Regni Poloniæ sunt concessa, gaudeant, participent, & fruantur, prout Barones &

Nobiles

Nobiles Regni Poloniæ ſuis potiuntur & fruuntur. &cſ Hoc ſpecialr expſſo quod omnes Barones & Nbles trarum Lithuaniæ, fidelitatem & debitam ac Chriſtianicam fidei conſtantiam nobis vczt Wladiſlao Regi Poloniæ & Alexandro alś Withawdo magno Duci Lithuaniæ & ſucceſſoribus nris tenere debebunt & ſeruare &cſ Itſ. Dignitates Sedes & Officia, prout in Regno Poloniæ inſtituta ſunt, inſtituentur & locabuntur in Vilna, ſczt Palatinus & Caſtellanus Vilnen'. Et demum in Throki & in alijs locis, vbi nobis videbitr expedire, iuxt nræ beneplacitum voluntatis perpetuis temporibus duraturis. Et hmoi dignitarij non eligantur, niſi ſint fidei Catholicæ cultores, & ſubiecti Sanctæ Romanæ Eccliæ &cſ Nec etiam aliqua officia terræ ꝑpetua vt ſunt Dignitates, Caſtellanatus, &cſ niſi Chriſtianæ fidei cultoribus conferatur & ad conſilia nra admittantur & eis interſint, dum pro bono publico tractatus celebrantur. Quia ſæpè diſparitas cultus diuerſitatem inducit animorū & conſilia patent talibus diuulgata, quæ traduntur ſecretè obſeruanda &cſ Præterea prædictis libertatibus & gratijs tantummodo illi Barones & Nbles terræ Lithuaniæ debent vti & gaudere, quibus arma & Clenodia Nobilium Regni Poloniæ ſunt conceſſa & cultores Chriſtianæ Religionis Romanæ Eccleſiæ ſubiecti, & non Schiſmatici vel alij infideles.

Statutum contra Hæreticos & eorum fautores

Wladiſlaus Dei gratia Rex Poloniæ, nec non terrarum Cracouiæ &cſ Princepſ ſupremus Lithuaniæ, Pomeraniæ, Ruſſiæq3 Dominus & hæres. Significamus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis, præſentibus & futuris, harum notitiam habituris. Quod cum ſub diſſimulatione præterire non debemus, imò arcemur diuinæ legis perpetuis inſtitutis peſtiferos hæreticorum errores (quos in Dei contemptum & in Chriſtianæ Religionis detrimentum & eneruationem politiæq3 iacturam inqua peruerſorum corda conflauerunt) etiam quæcunq3 oporteret nos ſubire pericula, à finibus noſtris propulſare, & in gladio deycere, vt qui cenſura Eccliæ non terrentur, humana ſeueritate multentur, maturo conſilio Prælatorum Principum, & Baronum noſtrorum habito, & conſenſu & etiam de certa ipſorum & Noſtra ſcientia præſentibus Decernimus, & pro firmo, conſtanti, & pro irrefragabili edicto teneri præcipimus. Vt quicunq3 in Regno Poloniæ noſtro, & terris nobis ſubiectis, hæreticus aut hæreſi infectus vel ſuſpectus de eadem fautor eorum vel director, repertus fuerit, per nros Capitaneos Conſules Ciuitatum vel alios officiales ac quoſlzt ſubditos noſtros, ſiue in officijs ſiue extra viuentes velut Regiæ Maieſtatis offenſor capiatr & iuxt exigentiam exceſſus ſui puniatur. Et quicunq3 venerint de Bohemia & intrant Regnum noſtrum, Ordinariorum ſuorum examini aut magiſtroru hæreticæ prauitatis, ad hoc à Sede Apoſtolica deputatorum vel deputandorum ſubdentur comprehenſi. Si quis aut incolarum Regni noſtri cuiuſcuq3

Herbult Tit. Hæreticus Fol: 191

Status, dignitatis gradus, aut conditionis fuerit hinc ad festum Ascensioni-s
Domini proximum redire de Bohemia neglexerit, noluerit vel contempserit
pro convicto hæretico censeatur & pænis subiaceat, quæ hæreticis infligi con-
suevuerunt, nec amplius ad Regnum nrum̃ revertatur moraturus. Et nihilominus
omnia bona ipsorum mobilia & immobilia, in quibuscunq3 rebus consistentia publi-
centur thesauro nrō confiscanda, prolesq3 eorum tam masculina quam fœminina
omni careat successione perpetuò & honore, nec unquam ad aliquas assumatur
dignitates vel honores, sed cum patribus & progenitoribus suis, semper maneant
infames, nec decætero gaudeant aliquo Privilegio Nobilitatis vel decore. In-
hibemus etiam sub eisdem pœnis, omnibus mercatoribus, & aliis hominibus cu-
iuscunq3 conditionis fuerint, à modo & in posterum, nullas res venales præser-
tim plumbum, arma, esculenta & poculenta ad Bohemiam ducere præsumant
vel portare. Quocirca vobis omnibus & singulis Capitaneis, Burgrabys Pro
curatoribus, Magistris Civium Consulibus, & alijs Regni nostri officialibus
& subditis quibuslzt ad quos prntes pervenerint, Mandamus, qtnus prns
edictum nrum̃ custodire fideliter & firmiter debeatis, vt vbilzt in Civitatibus
Villis & alijs quibuscunq3 locis publicis & privatis, & specialiter vbi tracta
buntur Iudicia, & vbicunq3 contigerit, aliquam multitudinem hominum conflu-
ere, palam vocibus Præconum faciatis proclamare vt nullus valeat præten-
dere ignorantiam præmissorum. Harum quibus Sigillum nostrum est appensū
testimonio lrarum̃, Datum in Wyelun die Dominica Iudica me Deus Anno
Domini 1424

Tu wtym Statucie miechay sie każdy przypatrzy, a vważy iaki był
zelus Iagiellow erga Christianam religionem na ktora sie był on orzechcił
Anno 1386 vzna każdy, Że nihil primum & præcipuum mieszczanie
sobie Iagiello iedno stać statecznie w Wierze powszechnej Katholickiey
y dla tego odstąpiwszy Synowca rodzonego Corybutha taki Statut con-
tores hæreticorum & ipsos hæreticos napisał **Że ich karał Ecią pocci**
woscią y vtraczeniem dobr y Prærogatyw Slacheckich, a nietylko onych
samych ale y potomstwo ich vtriusq3 sexus. *Co na on czas v ludzi poc-*
ciwych w wielkim było poszanowaniu, bo kogo to mieruszy musi bydz Stul
torum & ignobilium [vel vagabundæ matris filius] *albo iako Orzechowska*
napisał. Nemo est bonus Christianus qui idem non sit optimus Civis Patriæ.

Iob Cap: 30
Herbult Tit: Filius
Fol: 171

A w Przywileiu ktory iest de Incorporatione Regno Poloniæ Magni
Ducat Lithuaniæ dziedzictwa swego, tak mowi Iagiello de Schismaticis
Że [Disparitas cultus inducit diversitatem animorum & consilia patent
talibus divulgata, quæ tradunitur secretè observanda] *znac że w Poganstwie*
Iagiello, rzeczą sama tego doswiadczał, Co to vmie, miec w Senacie takiego
ktoryby był, diversæ Religionis, bo pewnie taki Sectam suam omni modo
assirnet & Religionem Catholicam perturbabit. Czego smy rzeczą sa-
ma zawzdy w naszey Rzpitey doznawali, y po dzis dzien doznawamy.

Herbult Tit: Vnio
Fol: 526

A o favorze Witholdowym Corybuthowi iest list Papieski tenoris talis.

Epistola Martini Papæ Quinti, ad Vithowdum magnum Ducē Lithuaniæ

Martinus Episcopus seruus seruorum DEI Nobili Viro Alexandro Lithuaniæ Duci Salutem & Aplcam benedictionem

Florimundus Rœmundus in Hist: de Ortu, Progressu et ruina hæresec Lib: 4 Cap: 4 Fol 493

Iampridem fama vulgauerat te Bohemos Hæreticos spe fouere apertis auxilijs eos iuuaturum. Quod scelus de te viro prudentissimo & probato iam Principe Catholico difficilè creditu videbatur. Sed tamen scripsimus Nobilitati tuæ paterna charitate monentes, vt ab omni societate, coniunctione & fœdere hæreticorum abstineres & eosdem excluderes & priuares fiducia subuentionis tuæ. Nunc vero per tuas lras & Nuncium dispositionem tuam non dubiam nec obscuram, de inuadendo Regno & suscipiendo prædictos in protectionem tuam habemus. Intelligentes sententiam animi tui magno dolore commoti sumus. Videmus enim & manifestè comprehendimus, te si hoc feceris, vltra pericula fidei (quod est ante omnia declinandum) magnam & horribilem nouitatem Christianitati nociuam moliri. Ex qua multo maior sanguinis Christiani effusio & grauiora scandala & crudelióra vulnera subsequerentur, quam ea sunt quibus asseris hac via velle mederi. Nam nemini dubium est quin Bohemi Hæretici si fuerint à spe tui præsidij destituti, ad obedientiam Ecclesiæ & rectè viuendi normā & ad cultum Dei, facilè reduci possent vel sola necessitate compulsi, fieretq3 breui tempore consueta tranquillitas, & deuota Religio in Regno Bohemiæ, hac funesta labe purgata. Qui si se viderint in protectionem tuam receptos foueri atq3 defendi redderentur acriores & contra Ecclesiæ Dei instituta magis rebelles, & pertinaciores in hæresi. Nec nos multum mouet, quod asseris te velle eos hac conditione recipere vt errore deposito ad debitam Romanæ Eccliæ obedientiam reuertantur. Omnia enim faciunt & pollicentur tibi, vt te suis laboribus & erroribus immisceant & incendium magis excitetur. Per hanc viam simulata eorum reductio, non posset non esse suspecta, per quam viam quærunt periculosam discordiam inter Principes Christianos seminare, Vt potentissimis Dominis inter se decertantibus Romano Imperio perturbato, & tota Christianitate confusa possent ipsi peccare licentius. Nec existimare debes, aliter euenire posse, si Bohemiæ Regnum occupabis. Quod nullo modo per Electores Romani Imperij & Principes Almaniæ tolerabitur, etiam tacente charissimo in Chró filio Sigismundo Romanorum Rege Illustri. Nec huius Regni existimatio tanta est, nec esse debet apud consideratam prouidentiam vt pro eo iuuare velis hæreticos, aliena per iniuriam occupare, & magnam Christianitatis partem nouo bello confundere & permiscere, cum diminutione tui honoris & famæ, & certa animæ tuæ iactura. Quæ etiamsi omnia ad votum succederent diligentius cauenda essent. Quid enim proderit etsi totum mundum lucreris animæ verò tuæ detrimentum patiaris? Quod verò asseris te non auxiliandum Dominij cupiditate, sed sola Hæreticorum reducendorum causa ipsos sub tuam defensionem recipere, nullo modo probari potest. Nam cum per Dei misericordiam Christianus Princeps existas, in causa fidei debes cum dispositione nostra & Eccliæ, et nró ac Apostolicæ Sedis Legato transmisso, & reliquis Christianis Principibus consentire, teq3 cum his iungere contra hæreticos. Non pro ipsis te defensorem exhibendo, specialem

viam quærere eorum conuersionis, quæ hoc modo quæsita syncera esse non potest. Sed qualemcunq3 ipsi animum habeant syncerităti tuæ (quæ inter Christianos hucusq3 probata est) non conuenit à communi consilio deuiare & eos vlla speciali conuentione suscipere. Quod ne facias tibi paterna dilectione consulimus, te monemus, hortamur tibiq3 etiam præcipimus, in virtute nominis Iesu Christi, quod est nomen super omne nomen. Et si feceris scito te Deo omnipotenti nobis & Ecclię (quam Deus non deseret) & Christiano nomini iniuriam facere. Quam nec Deus ipse ferret, sed vertet in periculum capitis tui, & certe in animæ tuæ damnationem. Nos verò (qui Vicarius eius sumus in terris constitutus, in apice Apostolatus ad conseruationem veritatis & fidei Christianæ) dolenter & tanquam contra vitam nostram, sed necessario contra te, & quoscunq3 defensores hæreticorum, auctore Domino procedemus, quia sic tenemur ex iniuncto nobis officio. Sed cum multa in diebus tuis opera digna feceris pro amplificatione fidei sanctæ, cogitare te non possumus, postremo tot rectè facta velle ambitione corrumpere, & tantis cladibus hominum causam dare. Quare fili dilecte ab hac via ab hoc modo, ab hac opinione te retrahas, nec subsidia mittas hæreticis, nec eorum venenosis pollicitationib9 capiaris quæ tibi certe sunt ad instigationem Sathanæ ad inquinandam famam & fidelitatem tuam, inuoluendo te nouis bellis & periculis & effundendo sanguinem Christianum. Sed si salutem & reductionem Bohemorum desideras, sic debes, eos nullis tuis viribus protectos horteris, vt ad præfatum Apostolicæ Sedis Legatum ad hoc specialiter destinatum, à nobis habentem plenam & liberam potestatem super omnibus in ista causa fieri disponendi, mittant & se humiliter submittant correctioi & dispositioni suæ. A quo poterunt etiam ad nos cum securitate transmitti. Sed tu ante omnia caue diligenter, ne ipsos vlla conditione tuearis, quia certi sumus quod à te destituti, statim humilius se inclinabunt. Recreati aut per te, fient continuo deteriores. Quod si tu aliquo modo inductus defensionem eorum suscipere promisisti, scito te dare fidem hæreticis, violatoribus fidei sanctæ, non potuisse & peccare mortaliter si seruabis, quod fideli ad infidelem non potest esse vlla communio. Cæterum postremæ Irarum tuarum particulæ, per quam requiris vt processus contra Hæreticos æditos tollamus, vel suspendamus ad tempus. Respondemus hoc nullo modo fieri posse de manifestis hæreticis in Sacro Constantiensi Concilio condemnatis præsertim cum sentiamus, communi consensu Principum Almaniæ exercitum præparari ad confusionem eorum. Sed vt supra dixi humiliter & syncere offerrant se Legato, qui causa & voluntate sua cognitis, diligentius de propinquo saluti suæ consulet. Sed Nobilitatem tuam iterum atq3 iterum admonemus teq3 obsecramus, per misericordiam Iesu Christi, vt tantam stragem & calamitatem per te induci non velis, quantam necessario secuturam videmus in Christianis, si Bohemos Hæreticos suscipias defendendos. Datum Romæ apud Sanctum Petrum XII Calendas Iunij Anno Pontificatus nri Quinto.

Wielka wprawdzie y niezbozna to rzecz była w Corybucie że on errorem generali Concilio damnatum. Communionem vtriusq3 speciei, quam als hæreticam credebat per se & per suos Polonos practicare cæpit & Bohemorum pestiferis fauere erroribus. *Ale w collatione erroris cum Vitholdi errore kiory w protectionem chciał wziąc hæreticos iudicatos & damnatos, mewiem ieszli error ten miebył wiekszy.* Qui enim aliorum defendit errorem, damnabilior est

Dlugoss. sub Anno 1424 § 9

co qui errat, quia non solum errat, sed etiam aliorum errorem confirmat, & alijs erroris offendicula præparat, vnde non tantum Magister est erroris, sed etiam & hæreticus *Dla tego y Pseudopolitia tanto peior est, quanto astutior. Ale o Corybucie y o Witholdzie y o bledach obudwu, miechay me moi Sad bedzie.*

A teras pomiewasz Historya nasza tak mowi, Ze Extremis Wladislai Iagiellonis & primis filiorum eius Wladislai & Cazimiri temporibus Hussitica hæresis Korone Polska zarazila *Iakim sposobem to teras powiedziec przychodzi.*

Cromerus Lib: 1 circa finem de situ Polomæ & gente Polona in Corp: Hist: Polonicæ Fol: 93

Subdominatu Wladislai tertij Iagiellonidis

Iam Sbigneus cæteriq; Legati ad Concilium missi Posnaniam peruenerant cui de morte Wladislai Iagiellonis Regis nunciatum est. Hoc igitur Nuncio accepto conueniunt mox Posnaniam sequentes Proceres, & Nobilitas maioris Poloniæ rogatu Sbigner, initoq; consilio, ex eius Sententia Wladislao natu maiori defuncti Regis filio Regnum decernunt, eiq; solenni ritu inaugurando diem ad tertium Calen: Iulij statuunt, & ad Sigismundum magnum Ducem Lithuanorum, vt ad eam celebritatem vel ipse adesset, vel legationem mitteret, oratores mittunt. Moleste hoc maiorum Polonorum præiudicium minores Poloni tulêre, sed tamen quia Sbigneus Episcopus Cracouiensis homo suarum partium, autor eius fuerat & ex Repub: esse maximè videbatur, ne qua dissensio, neu qua mora in re tanta fieret in eandem & ipsi sententiam decretum fecerunt, dies modo ad octauum Cal: Augusti prorogata est, quo maiore & splendidiore pompa omnia fierent.

Cromerus in Corpore Hist: Polo: Lib: 21 Fol: 699

Po ktorego Koronacyey byli niektorzy Seditiosi et turbulenti Nobiles a miedzy imszemi byl Bohemica hæresi infectus Spithco Melsthinius, Ktore go postepek albo turbationes, tak nasza opisuie Historya.

SECVNDVS HÆRETICVS IN REGNO POLONIÆ FVIT

Spithko Melsthinius, qui in Anno 1438 partim inueterato odio in Sbigneum Episcopum Cracouiensem, partim etiam nouo, quod de Hæresi Bohemica exagitaretur, inflammatus, bona eius Vsseuensia Melsthino arci propinqua armata manu inuasit atq; diripuit. Castellum interceptum præsidio muniuit. Citatus a Rege velut publicæ pacis turbator. *Quamuis mortuus in Iudicium protractus, maiestatis condemnatus, nudusq; occisus in publicum abiectus fuit, vt cum ipse sensum doloris morte iam effugisset, ne tamen tam nefarij sceleris pœnam euaderet, ignominiam in corpore retulit. I zas daley tak otym mowi Historya* Ea nisi fallor causa fuit vtriusq; Ordinis Proceribus, vt in Comitijs Corcinensib, Mense Aprili habitis sancte se obstringerent, pro perduelle habituros, quisquis

Cromer: in Corp: Hist: Polo: Lib: 21 sub Wladislao tertio Fol: 704

Ibid:

Iudicia contemneret, armis priuata consilio sumptis ius suum prosequeretur & quis-
quis Hæresim vllam profiteretur, aut profitentes defenderet.

Dlugoss: Tomo 3 sub Anno 1438 § 1

A Dlugoss crimen hoc hæresis tak opisuie A Spithkone de Melsthin Schismatis Principium manauit. Is enim quod Sbigneum Episcopum Cracouien. iniuriam sibi inferre existimaret, propterea quod illum de hæresi Bohemorum, & communione vtriusq3 Speciei suspectum, & Presbyteros hæreticos seruantē reprehendebat & excommunicare nitebatur, exercitum de suis, & aliquorum amicorum proposito suo fauentium familiaribus conoregat & instaurat volens Episcopalia inuadere & suæ subijcere ditioni. Quod cum Regem & Consiliarios non lateret, Nuncii aliquoties ad eum, qui eum à ꝓposito & voluntate mandato Regis extereant et euocent, mittuntur, sed ille pertinaci voluntate propositum suum prosequuturus omnia media, quæ pace interponebantur, respuens, hostiliter clauem seu Districtum Vschuensem inuadit, & Curiam Vschew exercitualiter, cum curribus equestriq3, et pedestri apparatu impressus, assumpto sibi in auxilium Duce Russiæ ostrogski Frederico, hostiliter tam prædium, quam promptuaria & quæq3 bona ibi collecta diripit & vastat. Rex vbi mansuetudinem suam à Spithkone sperni intellexit, citat illum tanquam communis pacis turbatorem, processurus con illum velut hostem Regni, si se contumacem in comparendo reddidisset. Non ausus Regiæ resistere citationi comparet Vbi arbitris interpositis, ne malorum orientium fax amplius inflammetur, per certas conditiones cum Sbigneo Episcopo Cracouien pacificatur, per quas inter cætera cautum erat: vt omnia damna per eum in Vschew commissa soluerentur, de quo statim coactus est dare certos fideiussores et de Curia Vschwen cum omni exercitu discedere.

Confœderatio Principum tam Spiritualiū, quā Secularium contra Hæreticos, eorumq3 fautores

Herburtus Tit: Hæreticus Fol: 192

Nos Principes, Spirituales & Sæculares, Barones, & Comites, Proceres, Milites, Nobiles, Ciuitates totaq3 communitas Regni Poloniæ singulariter singuli & vniuersaliter vniuersi, eodem animo eadem voluntate, scientia, assensu, & ratihabitione omnes vnanimiter, Significamus tenore præsentium quibus expedit vniuersis præsentibus & futuris, notitiam præsentium habituris Quomodo consideratis nonnullis disordinationibus, quæ in ipso Regno suboriri incæperant visis lris prædecessorum suorum Posnaniæ, Petricouiæ, & in Iedlna factis circa easdem lras & earum articulos (sub quacunq3 forma verborum extant confecti) remanere volumus vsq3 quaq3 & spondemus & præcipuè circa hunc articulū Quod quicunq3 exns indigena Regni Poloniæ, habens in ipso Regno Poloniæ bona vellet aliquas inobedientias contra Ius Terrestre commune, aut etiam guerras nobis & eidem Regno Poloniæ damnosas alicui mouere, sine licentia Domini nostri Regis gratiosissimi & Consily sui, & in Iure Terrestri communi nollet contentari, aut etiam hæreticales errores facere vel promouere vellet contra talem siue tales cuiuscunq3 status gradus conditionis & præeminentiæ fuerint, siue Spirituales, siue Sæculares & in eorum destructionem consur-

gere

gere volumus & promittimus, sub fide & honore nostris absq3 dolo & fraude nec ipsis auxilio, consilio vel fauore patrocinari volumus, sub fide & honore nostris etiamsi sanguine affinitate, & quacunq3 propinquitate forent nobis aut alicui nostrum coniuncti, nec pro eis loqui volumus aliquod verbum, sed eos & eorum quemlibet talem punire volumus & promittimus. Iura tamen ūra Ducalia & Terrestria, in nullo per hoc violando nec ab eisdem recedendo, Harum quibus Sigilla nostra cum subscriptione nominatim nominum nostrorum in pendulis Sigillorum sunt appensa testimonio literarum, Scriptum & datum in noua Ciuitate Korczyn feria sexta ipso die sancti Marci Apostoli & Euangelistæ, generali tunc parlamento celebrato Anno Domini 1438

Literæ Vniuersales ad Capitaneos de Inquisitione prauitatis hæreticæ in Regno Poloiæ pagenda

Bzouius Annal: Ecclesiasticorum Tomo 16 Fol: 408 sub Eugenio Papa Quarto.

Wladislaus Dei ḡra Rex Poloniæ, Lithuaniaq3 Princeps Supremus, & hæres Russiæ. Vniuersis & singulis Capitaneis, Burgrabijs, Castellanis, Procuratoribus, Generalibus, Viceprocuratoribus, Aduocatis, Cōsulibus Scabinis & alijs Officialibus terrarum, Castrorum Ciuitatum, Oppidorum nostrorum in Diœcesi Gnesnen' & Posnanien' constitutis & constituendis fidelibus nostris gratiam Regiam & omne bonum. Fideles nobis dilecti Cum Religiosus vir, nosterq3 deuotus frater Nicolaus de Laczyca Sacræ Theologiæ Baccalaureus Ordinis fratrum Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis in prædictis Diœcesibus per Vnblem in Chro Prem Erem Nicolaum de Pnieuij Prouincialem Poloniæ Ordinis eiusdem Sanctæ Sedis Apostolicæ authoritate sit specialit deputatus, pro Deiq3 seruitio, etiam exaltatione fidei Orthodoxæ debeat in locis seu partibus nostræ Iurisdictioni subiectis exercere officium Inquisitionis, vt hæresis crimen detestabile, à dictis partibus quibus præsidemus, si forte alicubi vigeat valeat extirpare. Nos quoq3 velut Princeps Catholicus, qui de manu altissimi multa bona accepimus, & variis honoribus ornati sumus in prædictis & alijs quæ Diuinum concernunt obsequium, conditori omnium complacere, vt conuenit plurimum cupientes, intendimus, imo & volumus prædictum Inquisitorem tanquam specialem Dei ministrum nostris prosequi gratijs & fauoribus oportunis. Vobis igitur & vnicuiq3 vrum iniungimus & de consilio Prælatorum & Baronum nrorum die datæ præsentium, nobiscum hic congregatorum districtè præcipiendo mandamus, sub obtentu gratiæ nræ Regalis qtinus prædictum Inquisitorem, ad exercendum suum liberè Inquisitionis officium in terris & locis nostræ Iurisdictioni subiectis & signanter in Diœcesibus præfatis fauorabilr admittatis. Et quotiescunq3 exequendo dicto officio Sæculare brahium ipsum contigerit innocare auxilium vestrum, fideliter & cum affectu sibi præbeatis, capiendo & capifaciendo quoscunq3 dictus Inquisitor de memorato facinore suspectos aut diffamatos seu etiam eodem intentos nouerit aut duxerit nominandos. Captos etiam detineatis intra Iurisdictionem vram sub acri & diligenti custodia

vel etiam deducatis ad locum ad quem idem Inquisitor mandauerit, donec negotium super hmói delicto per Iudicium terminabitur. Condemnatos quoq3 ac Curiæ relictos sæculari statim recipiatis, indilatè animaduersione debita puniendos Nec non alia omnia studeatis adimplere, quæ spectant ad officium, vezt iuxta Leges Frederici Imperatoris per Ecclesiam approbatas & per Canonica instituta prout ipse Inquisitor decreuerit, & quoties vos duxerit requirendos Non obstantibus Priuilegijs libertatibus, exemptionibus, seu lris præmissæ facultatis quibuscunq3 personis cuiuscunq3 conditionis, dignitatis & gradus existant tam Christianorum q3 Iudæorum, Schismaticorum & aliorum contra fidem Catholicam delinquentium, seu communicantibus eorum aut vniuersitatibus terrarum Ciuitatum & locorum generalr vel specialiter sub quacunq3 verborum expressione, per nos aut alios Seremissimos Principes, Reges & Dominos terrarum Regni Poloniæ, aut ipsorum subditos in Contrarium alicuius præmiss: forum concessis, vel in posterum concedendis. Nolentes ex hmói Priuilegijs exemptionibus seu consuetudinibus, aut statutis municipalibus ac Prouincialibus & Libertatibus, seu quibuslibet promissionibus securitatis, mandatisq3 ac prohibitionibus præfato Inquisitori in tanto pietatis officio & negotio, quodcunq3 obstaculum aut impedimentum interponentibus directe vel indirectè generari. Ut autem præfatus Inquisitor, suum Inquisitionis officium securius & liberius valeat exercere nro suffultus præsidio & facere ipsum eiusq3 societatem & familiares, ac bona eorum sub nra protectione Regali benignè recipientes, per præsentes mandamus vobis, vt supradicto Inquisitori eiusq3 societati Notarijs & familiæ, nullam iniuriam nullumq3 grauamen, aut damnum aliquod in personis seu bonis, à quocunq3 fieri permittatis, imo pro nostra gratia speciali, eidem de securo transitu, nec non de Saluo conductu, quando & quoties per prædictum Inquisitorem fueritis requisiti, vna cum expensis competentibus, dum prædictum Inquisitionis officium apud vos exercebit, charitatiuè sibi prouideatis iux' modum laudabilem aliarum Prouinciarum nostrarum circa talia obseruari consuetum. Et præsertim in hoc specialem Celsitudini nrá complacentiam facietis, si ad repellendam à partibus Regni nostri hæreticæ prauitatis infamiam hactenus de nostris Regnicolis, mandatis Inquisitorum fidelr in præmissis assistentes opem & operam præstiteritis efficaciter In cuius rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum Datum & actum Lanciciæ feria tertia proxima ante S. Laurentij festum Anno Millesimo, Quadringentesimo, Trigesimo, Sexto.

Aiz cum hæresi omnis iniustitia subingreditur, à mespraniedliwosc Bogu krzywdę wielka ogym, Dla tego Władysław trzeci Iagiellonides, stoiac w porządku Statutu Oyca swego, y mechcąc aby hæresis Crimen detestabile, in Regno suo alicubi vigeat, takich sposobow zazywał, że Inquisitie in tali casu kazał wywodzic, na co y Vniuersały do Vrzędnikow wydawał, iakich sie contexty wyżey napisał, y do Exequtiey to przywodził. Czego sie Extractem authentycznym z Xiąg Ziemskich Wyszkich dowodzi

Tenoris talis.

Actum in Colloquio gnali

ACtum in Colloquio Generali Vislicien si feria secunda in crastino Sancti Ioannis Baptistæ Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Quarto.

Ex Actis Terrestribus Sandomirien extractum 1444

Strenuus Dnus Nicolaus de Winary als de Lubzyna Subindex Terræ Sandomirien gnalis Actor cum Nbli Ceder de Prochna remissi sunt de Colloquio generali Vislicien ad ternos proximos Pilznen cum tali controuersia. Quia Domini decreuerunt in colloquio praesidentes, quod idem Nbls Ceder stans coram Iudicio in terms proximis in Pilzno debet **reuocare et dicere. Quia non dixit quod Dnus Subindex non est verus Catholicus**, etsi non reuocaret ibidem in Terms praefats idem Ceder extunc succumbet praedicto Dno Nicolao Subindici Terræ Sandomirien gnali, Sexgointa marcas pecuniæ iuxta Cittom Curiæ cum pæna XV. Et habent ternum peremptorium ad ternos proximos Pilznen iuxta Cittom Curiæ, et Nicolaus Vilkowski nuntius à Ceder praefat terminum induxit.

Thomas Kowalkowski Notarius Terrestns Sandomirien

Locus Sigilli

Paulus Pruszinski Iudex Sandomirien.

Locus Sigilli

Gnoinski Subindex Sandomirien.

Tu łacno poznac, iako sie na on czas kazdy brzydził taka przymowka kiedy kto komu zadał, zes mieiest prawdziwy Catholik, bo Zarliwosci Wiary powszechney Katholickiey Rzymskiey słusme kazdy moze dać definitya Zelus Religionis est animi impetus, quo tanquam instrumento ira & fortitudine in vindictam iniuriæ Dei utimur, bo własnie na on czas kiedy kto komu rzekł, ześ mieiest prawdziwy Katholik iakoby mu rzekł z lopem, zes Stulti & ignobilis filius.

TERTIVS HÆRETICVS IN REGNO POLONIÆ FVIT

Dlugoss: sub Anno 1439 Tomo 3 § 9

Abrahamus de Zbaszyn, pod panowaniem tegoż Władysława trzeciego Roku 1439 Qui fauens Bohemicæ Sectæ plures Sacerdotes Sectam hmoi practicantes in Sbaschin tenebat quorum doctrina pestifera plures mortales & præsertim simplices & ignari inficiebantur. Stanislaus aut Cyolek Episcopus Posnanien in humanis agens, omni sua diligentia Pontificali ad eliminandam Sectam hmoi erat intentus propter quod ipsum Abraham & Præsbyteros de Hæresi suspectos ad præsentiam sui euocabat. Præfatus aut Abraham stipatus fratrũ

& amicorum multitudine veniens, non solum Præsbyteros citatos defenderat, sed etiam multis contumelijs & probris, tam ipsum Episcopum Staniſlaum, quam Præ latos & Canonicos Posnanienses, sibi pro defensione fidei constanter adhærentes instabat, nonnullis acrius in eum inuehentibus, mortem minitando propter quod ipse Staniſlaus Episcopus Posnanienſis, tam ipsum Abraham quam omnes Pres byteros hæresim Bohemicam dogmatisantes Censuris Ecclíacis excommunica re non destitit, & locum Oppidi Zbaschin Eccliaco suppositi interdicto Veritusq; sibi a prædicto Abraham & suis imminere periculum ex Diæcesi sua Posnanien egressus in Cracouiam se contulit, & illic velut in loco sibi tuto aliquanto tem pore habitauit Sed non deerat pietas Diuina, quæ Abraham Sbanski à via erronea ignominiæ casu reuocaret. Dum enim idem Abraham satis nobiles gen tes cum Duce Henrico Glogouiensi pugnaturus collegisset, commisso prælio, qm uis esset superior & numero & robore hostili exercitus victus est, & in fuga graui vulnere accepto, captus. Et licet à captiuitate solutus creditus fuisset mores Deo odibiles & fidei sanctæ contrarios dimisisse, vt potè qui à propitio Deo correctus esset, non potuit tñ vindex Dei gladius efficere correctionem, sed in eadem qua ante, perstitit, opinionum suarum pertinatia & tenore. In aliis quidem rebus, vir singularis ingenij erat, & in consulendo pro Republca præter Coronationem Wladislai, quam visus est dissuasisse partes meliores sequebatur vt dolerent omnes boni ingenium tam industriosum & callidum ad illius hæresis studia conuersum fuisse. Andrea deinde Bninski ad Sedem Posnaniensem post mortem Staniſlai Cyolek succedente, Abraham ipse solitam exercebat aduersus Ecclesiasticas ordinationes rebellionem, propter quod & ipse Andreas sæpè illum anathematis feriebat muerone sed & fratres & fami liares sui, publicis concertationibus cum illo dimicabant, fuisset q3 quodam tem pore in Prætorio Ciuitatis Posnanienſis ab illis occisus, nisi à cæteris Nobili bus illic præsentibus eiuscius extitisset defensatus. Amplius aut Andreas Epi scopus Posnanien gliscentem & orientem extincturus hæresim, Noningentorum habens equitatum Oppidum Sbaschin obsidione vallat, nec prius soluit donec quinq3 hæretici Sacerdotes, sibi præsentati sunt per Ciues, quos Posnaniam ad ductos, instaurato Iudicio cremauit. Ab eo quoq3 tempore Sacerdotes cæteri pauore correpti clandestinè in Bohemiam diffugiunt, & ipse Abraham pauco tempore superuiuens rebus est humanis absumptus, post cuius mortem omnis labes & suspitio hæretica in Regione & Diæcesi Posnanienſi penitus est elimi nata & purgata.

A Kromer zas w Historiey swoiey take to opisuie Non minores in maio re Polonia per idem tempus motus erant Abrahamo Sbanscio concitante, faue bat & hic Bohemorum sectæ, Bohemoq3 Sacerdotes hæreticos domi suæ ale bat, per quos virus in populum spargeret, Orthodoxis verò Sacerdotibus & Episcopo Posnanienſi Staniſlao Cyolko ita infestus fuerat, vt is Cracouiam commigrare cogeretur, eo verò defuncto & Andrea Bninio successore ei dato magis etiam insaniebat Abrahamus. Et perculit quidem eum anathemate An dreas Episcopus, sed cum ea via nihil proficeret, vi cœrcere nouatores ador tus est. Coactos enim noningentos amplius equites de propinquis & clienti bus suis, ad Sbansinum arcem duxit, dedicq3 sibi quinq3 Bohemos Sacerdo tes coegit, quos instaurato Posnaniæ iudicio publice cremauit nec multo post

Cromerus in Corp: Hist: Polo: Lib: 21 Fol: 707

Abrahamus

Abrahamus ipſe mærore ira & pudore confectus perijt Sic incendium illud peſtilens, haud leuiter iam gliſcens in maiore Polonia virtute Epiſcopi reſtinctum eſt.

Subdominatu Sigiſmundi primi, Poloniæ Regis

Sigiſmundus primus Poloniæ Rex valdè Catholicus & iam ætate grauis natus ex patre Caſimiro Iagiellonide Anno 1467 prima Ianuarij electus in Regnum Poloniæ 1506, mortuus 1548 die prima Aprilis, fuit obitus eius pernicioſus ampliſſimo Poloniæ Regno. Nam eo extincto Hæreſes abominabiles etiam Arrianorum & Neſtorianorum illic paulatim criſtas erexerunt. Succeſſorem habuit filium Sigiſmundum Auguſtum, excelſo animo Principem, & paternis veſtigijs in Catholica Religione inſiſtentem. Teſtatur de illo ampliſſimus Cardinalis Warmienſis Staniſlaus Hoſius, cuius apud omnes peruulgata eſt pietas & doctrina, eum, cum peterent nonnulli in Comitijs Warſchauienſibus, vt de cauſa Religionis cognoſceret, conſtanter admodum recuſaße, dixißeq3, non ſui eſſe id muneris: Regem ſe non Pontificem agere velle, ſatis ſibi negotij eße, cum prophanis cauſis. Eadem fuerat & Sigiſmundi patris eius vox. Erant enim quandoq3, qui Syrenarum mortiferis cantionibus dementati peterent ab illo, vt puram Lutherici Euangelij doctrinam in ſuo Regno prædicari pateretur. Tum ille animo verè heroico pureq3 ac germanè Chriſtiano. Non eſt meum, inquit, de puritate verbi cognoſcere & munus hoc Epiſcoporum eſt, quorum iudicio etiam ego ipſe libens me ſubmitto, quorumq3 Iuriſdictionem in omnibus ſaluam eſſe volo. Vtinam hanc tanti Regis conſtantiam pleriq3 alij ſecuti eſſent politici magiſtratus, quibus ab impoſtoribus iſtis noui Euangelij buccinatoribus peſtifera adulatione perſuaſum eſt ad ipſos pertinere, vt de fide & religione ſibi iudicium vſurpent: quæ res magnas non vno loco calamitates attulit. Sed vt ſibi facilius deuincirent Principū & potentium animos, homines nequiſſimi hoc illis muneris detulerunt, immò illorū eſſe ſcelerate aſſeuerarunt vt de Religione ipſi cognoſcant, quanquam hac in re non idem ſentiunt fratres Euangelici, ſed alij hanc alij diuerſam ſententiam propugnant.

Surius in Commentarijs rerum in Orbe geſtarum Anno 1548 Fol: 437

Edictum Sigiſmundi primi Regis Poloniæ contra Hæreticos.

Sigiſmundus Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæq3 & dominus & hæres. Manifeſtum facimus omnibus & ſingulis cuiuſcunq3 ſtatus ac ordinis ſubditis noſtris, nec non etiam aduenis quibuscunq3. Quia cum humanis ingenijs, præſertim vulgi ad res nouas & inſolentes propenſis, neceſſe ſit, cum alia mala pleraq3, tum verò hæreſes emergere

Orichouius in Chimæra ſeu de Stancari funeſta in Regno Poloniæ ſecta Fol: 132

neceſſe item ſit illas per eos, qui diuinis ac humanis inſtitutis præpoſiti ſunt tanquam peſtem aut virus nocentiſſimum à ſubditis ipſorum arcere. Siquidem ſola eſt Religio quæ legibus ac inſtitutis ſuis homines in diſciplina in virtute ac in fide erga Deum & homines continet ac regit, quaq3 in norma & obſeruatione ſua veteri, turbata & diſſoluta, turbari & diſſolui neceſſe eſt vniuerſa, quod poſtea, vt multis exemplis conſtat in ſeditionem vergere ac in perniciem Rerū pub: earumq3 rectores redundare ſolet. Nos pro officio Chriſtiani Principis eā ipſam religionem à ſanctis patribus ordinatam, ac per ſanctam Romanam Eccleſiam directam, nobisq3 à maioribus noſtris per manus traditam ac per nos deniq3 & gentes noſtras multo ſanguine, & clariſſimis (gratia Dei) victorijs hactenus defenſam: etiam à labe hæretica his temporibus in vicinia emergente integram ac immaculatam in Regno ac dominijs noſtris conſeruare volentes publicis edictis mandauimus, ne qui Libri Lutheri cuiuſdam eiuſq3 ſequacium quorumcunq3 quos ſua inſolentia in reprobum egit ſenſum, quiq3 prætextu vitiorū Ordinis Eccliaci & ſcandalorum, quæ in hominibus fieri neceſſe eſt tanquam ſub melle virus ſuum in vulgus ſpargunt, & ſcriptis ac ſermonibus famoſiſſimis non ſolum mores ſalubres ac inſtituta Eccliaca ſed ipſos etiam ſanctos Patres turpiſſimē proſcindunt, & ſacra prophanis miſcent, nequaqm ad Regnum nrum & dominia inferretur & legerentur, neue quis dogma ipſum peſtiferum approbare vel tueri auderet: ſub pæna capitis & priuationis bonorum omnium. Ad q poſtea edicta nra exequenda modum etiam opportunum ſtatuere volentes, delegamus in Prætorium Ciuitatis nræ Regiæ Cracouienſis nonnullos primarios noſtros tam Spirituales quam etiam ſeculares Conſiliarios, q cum Conſulibus ac Officialibus Ciuitatis, ſic edicta ipſa noſtra exequenda ſtatuerunt. Vt inprimis qn docunq3 opportunum videretur, Rndo Dno Epiſcopo Cracouienſi fieret per Inquiſitores eius cum decurionibus, quos conſulatus in tota Ciuitate ad huius negotij aliorumq3 exceſſuum tollendorum cuſtodiam delegit, per omnes domos tenebras ac ciſtas diligens ſcrutatio, & vbi aliqui libri hæretici inuenirentur, illinc pæna edicti exigeretur. Deinde vt impreſſores librorum, nihil prorſus imprimere, & Bibliopolæ, vel alij quicunq3 exponere, ac vendere deinceps audeat, ex libris vndecunq3 adductis, niſi illos Rector Vniuerſitatis prior viderit, et tam imprimi q3 vendi permiſerit ſub pænis prædictis. Vt autem & reliquæ Ciuitates noſtræ hoc exemplo inſiſtant, ac vt vniuſquiſq3 temporius præmoneretur, ne ipſa mandata nra transgrediatur, & ignorantiam prætendere poſſit. Nos hanc ipſorum Conſiliariorum ſimul, ac Conſulatus Cracouienſis ordinationem, per has lras nras omnibus teſtatam eſſe voluimus, mandantes omnibus aliis Ciuitatibus Regni & dominiorum noſtrorum, vt ad eum modum edicta nra exequendo, q ſaciant cum loci ordinarijs, aut eorum delegatis ordinationes opportunas, easq3 diligentiſſimè exequantur. Pro gra nra aliter non facturi. Datum Cracouiæ die Sanctor Petri & Pauli Apoſtolorum. Anno Dni 1524

Iako był ſedulus Zygmunt pierwſzy w zabieganiu Lutherſkiey hereſzey z tąd ſie znaczy iaſnie, że nietylko w Krolestwie ſwoim Polſkim ale y w poranicznych zabiegał temu żeby ſie była ta hereſya Luterſka nieuſzła nata bo wiedział że Senſim ſine ſenſu hæreſis wſzelka ſerpit vt Cancer. Y dla tego takie liſty vpominalne dawał tak do Krola Węgierſkiego Ludwika, iako y do Mieſzan Slaſkiego Wrocławia, Ktore ſie tu inſeruią

Epistola ad Ludouicum Hungariæ & Bohemiæ Regem Sigismundi primi Regis Poloniæ, sui patrui germani.

In manuscripto

Serenissime Princeps & Domine Nepos noster charissime

Iam non latet Mtatem Vram quas turbas dederint in Germania impia & sacrilega Lutheri cuiusdam scripta & documenta, quinq3 hoc virus etiam ad conti: quas regiones latè promanauerit. Cum autem officium sit vniuscuiusq3 boni Princi pis id potissimum curare, vt in subditis sibi populis, vnitas, concordia, tranquillitas, conseruetur, idq3 hoc vno fieri. Si Leges atq3 instituta diuina & humana longo vsu & communi approbatione recepta, diligenti custodia manuteneantur, hominesq3 sedicioſi & plus sapere volentes quam oportet, quamq3 ad illos pertineat, coerceantur. Siquidem quid in vita certi firmiq3 haberetur, vbi liceret vnicuiq3 pro suo sensu & libitu tam de diuinis, quam etiam humanis rebus pronuntiare. Cum nec vllum est bonum quod maledicentia deprauari non possit, nec vllum tam euidens malum, quin vbi licentia sit, sub specie boni sese non insinuat, & proinde nos dudum intelligentes, spargi in Regno nro Lutheri ipsius dogmata, contra mores & instituta Patrum & sanctæ matris Ecclesiæ in perturbationem communis status & vnitatis populi Christiani pro debito nro et exemplo aliorum priorum Regum & Principum Christianorum, (non enim hæc noua sunt, nec raro accidunt in Ecclesia) publico edicto mandaueramus, vt ad Regnum nostrum nulla opera ipsius Lutheri, aut alterius cuiuspiam sequacis eius inferrentur sub exilio & priuatione bonorum omnium, hocq3 ipsum edictum nostrum sub eo Conuentu, quem in præsens agimus iterari ac diligenter exequi fecimus. Cum autem res & rationes omnes Mtatis Vræ sint nobis æque curæ vt nostræ propriæ graui & molestissimo animo cognouimus, eam luem cum alia Dominia Mtatis Vræ tu præcipue Silesiam & Lusatiam contaminasse & infecisse in diesq3 magis veneni more omnia clam & sensim serpendo corrumpere. Amantissime nepos noster. Vna est Religio quæ nos & status nros Deo immortali conciliat, quæ populos in legibus & obedientia continet, quæ pacem, concordiam, ac vnitatem alit, qua turbata turbari hæc omnia necesse est. Quare cum alias nobis tum his duris ac difficillimis temporibus nostris, maximo opus sit fauore Diuino, tranquillitateq3 concordia & obedientia subditorum nrorum. Rogamus omni cura Mtatem Vram vt hanc Religionis pestem licentiæ & insolentiæ exortam, impunitate & studio rerum nouarum in animis vulgi eo iam prouectam, vt magna perturbatio & grauis aliqua Diuina vltio sit metuenda. Sereniſſimis edictis ac diligenti animaduersione comprimere et extirpare in suis dominijs curet. Cumq3 nobis certum sit religionis & sanctæ fidei Catholicæ in qua maiores nostri sanctissime & vixerunt & mortui sunt, Causam pro virili nra defendere ac tueri, idem vt Mtas vra exequi curet illam etiam atq3 etiam ex corde rogamus. Quæ felicissime valeat, & quod facit nos diligat.

Dat.

Epistola excusatoria Wratislauiensium in negotio Lutheranæ hæresis ad Sex. Sigismundum I. Poloniæ Regem.

In manuscripto

Sexme Princeps, Illme atq3 Inuictissime Rex, Gratiosissime Domine

Seruitia atq3 obsequia nostra indefessa Vestræ Sacræ Regiæ Celsitudi ni semper sint paratissima.

Literas Sacræ Regiæ Mtatis Vræ quibus nos sanè Regiò ac Christiano affectu admonere dignata est, vti nos qui Christi nomen profitemur à Luteranismo atq3 aliis pernicioſis hæresibus nobis caueamus, summa cum reuerentia ac humilitate recepimus. Nam inprimis ea curare quæ Dei & Fidei sunt interesse debet maximorum Principum, qui hic in terris à Deo nobis ad id muneris dati sunt, & non temerè ex officio Regalis fastigij Vra Regia Mtas anxiè et sollicitè quærit futuris præuertere erroribus, quæ si semel animos mortalium occupauerint, tanquam pestilens lolium & zizania, sine publicæ pacis turbatione tolli, & è cordibus hominum obtruncari non poterunt. Proinde statim ab Ascensione in cælos Domini & præcipuè temporibus Arij, Auxenij, atq3 aliorum id genus Pseudoapostolorum sæpè factum est ita enim in diuersas factiones ac Schismata scissus est Orbis terrarum, vt alii alios perpetuo mactarent exilio, & fortaße in hanc vsq3 diem eius culpæ inter Christianos pæna luitur, qui tot tantosq3 errores, illius sæculi Principes opprimere neglexerunt qua licentia corruptus fere Oriens totus, à Romano Imperio defciuit, sed neq3 tantum ab Imperio verum etiam à Christi fide defecit. Sic qui cum maioribus nostris fuêre vna Ecclesia, & eiusdem membra corporis modo nobis hostes facti sunt, neq3 de possessionibus & Imperio modo huius mundi nobiscum decertant, verum de ipsa fide, vt Christi nomen prorsus è medio tollere nitantur, ac in se transferre Ecclesiam ac abuti eius nomine, in operculum suæ carnis & impudicitiæ. Cuius mali certe nulla alia o riginis est, quam impunitæ hæreses, à quibus in hunc vsq3 diem verbum Domini persecutionem patitur, quo non multo tutius sit, hoc seculo Christi Euangelium profitentibus quam olim sub Nerone, Domiciano, Diocletiano, cum vbiq3 circumfusi Turcæ & multiplicata progenies viperarum. Nam vt exteras nationes taceamus, multum à Christi Ecclesia Hiberni, Morini, Roxolani, atq3 alij pleriq3 qui in sinu Ecclesiæ clauduntur degenerauerunt. Nobiscum autem eadem semper stetit Christi fides ac simplicitas. Pro quo beneficio Deo Patri gratias agimus, & iugiter in nomine eius filij primogeniti oramus, ne nos sinat relabi in sensum reprobum & spiritum concupiscentiæ & tentationis. Laborabimus quoq3 ne in posterum nra vacillet Religio, quæ tot maiorum nostrorum afflictionibus, hucusq3 nobis inuiolata seruata est. Nam præter Euangelium & sacras literas in ratione fidei, aliud nil æquè pensi habemus & anathema esse credimus, si in diuersum vel Angelus è cælo, vel mortuus qui reseuerens è monumento resurgeret loqueretur. Transibunt autem cælum & terra, & nos omnes mutabimur, Verbum verò Domini non peribit, multo minus nos vllus hominum, siue is Lutherus, siue quispiam alius fuerit, ab Euangelica veritate abstrahere poterit, si Angelum de cælo & mortuum è puteo & profundo abißi resurgentem non audiemus. Nolit ergo Vra Regia Mtas his credere, qui adeò inique nos & erga Sacram Regiam Vram Mtatem & suæ Maiestatis Consiliarios detulerunt, aut sese in nos huius subornatæ calumniæ causa, in nos commouere acerbius, qui si dignaretur Vra Regia Mtas eos ipsos accusatores nominatim significare. Profectò parati eßemus nos de iniusta noxa in illorum præsentia vel coram Mtate Vra expurgare. Cæterum nos Sacra & Augusta Regia Mtas Vra pio & gratioso affectu prosequi non desinat, nos semper eosdem nos exhibebimus, qui erga Diuæ memoriæ Reges Poloniæ nostri fuêre maiores, quin etiam certabimus, eos studio & obsequio in Vram Regiam Mtatem longè anteire & vincere. De fide verò nulli dubium sit vt quæ Deo debetur. Recom-

mendamq

mendamus & offerrimus, nos Vrę Augustæ & Sacræ Regiæ Mtāti omnibus nrīs ac paratissimis seruitijs, cum omni obedientia & humilitate Dat.

Responsum Sigismundi I. Regis Poloniæ Wratislauiensibus datum

In Manuscripto

Binas à vobis lrās accepimus quarum alteris de Lutheranismo alteris de Theloneo nobis respondetis. De Lutheranismo vti à consiliarijs & his hominibus qui vobiscum comercium habent didicimus, vobis scripseramus declarant quid a nobis ipsi Consiliarij & subditi nri exigerent, quod recusare illis diutius non poterimus, si ea fama de vobis quæ etiam nunc perstat durabit. Et non interest quidem nostra qtnus vobis cum religione conueniat curare, licet pro nostra erga vos gratia & fauore mallemus audire vos sequi consensum vniuersi orbis Christiani more maiorum decreta Sanctorum Patrum, & obseruantiam Ecclię Catholicæ, Cui & Euangelium pro quo vos stare scribitis & sensum ac fidem ipsius, quoniam Apostatarum maledica & seditiosa dogmata quibus scripturam suo sensu interpretantes suæ prævaricationis & veneni quod propinant operculum faciunt. Sed interest nra curare vt Regna & Dominia nostra ab hac labe, quam omnes prudentes & Christiani Principes semper arcere solebant, immaculata conseruemus. Scientes ac iam in præsens videntes quam hæc pestis omnibus Rebuspub. sit perniciosa. De theloneo exigendo nos modum vobis præscribere nolumq. hoc vnum cupimus, vt vos erga subditos nros ita geratis vt erga aliarum nationum mercatores soletis. Alioquin res esset nobis & subditis nris non fęcunda Dat.

Eiusdem Regis edictum contra Hæreticos

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ,

In Manuscripto

Manifestum vobis facimus harum serie lrārum. Quia intelligentes ad Regnum & Dominia nostra inferri nonnullos Libellos cuiusdam fratris Martini Lutheri Augustiniani in quibus multa continentur tam contra Sedem Apostolicam quam etiam in perturbationem communis Ordinis & Status rei Ecclięcæ & religionis ne in Regno nro ex hmoi scriptis errores aliqui pullularent, officij nostri vt Christiani Principis & fidelis filij sanctæ Matris Ecclesiæ esse duximus authoritate & potestate nra Regia huic cæpto noxio obsistere, mandamus igitur vobis omnibus subditis nostris & cuilibet vrum seorsim, nemo deinceps audeat talia opera, vti præmissum est in Regnum & dominia nostra inferre vendere, aut illis vti sub pœnis confiscationis bonorum omnium atq; exilij, quam vnusquisq; mandatum hoc nrum transgrediens, sine vlla excusatione tam ignorantiæ quam alterius causæ subibit. Pro gratia nostra aliter non facturi. Datum Thorunij in Vigilia sancti Iacobi Apostoli, Anno Millesimo Quingentesimo Vigesimo.

Mandatum eiusdem Regis ad Palatinū Cracouien.

In Manuscripto

Magnifice syncerè nobis dilecte. Non ignorat tua synceritas officium esse vniuscuiusq; boni Principis id potissimum curare vt in subiectis sibi populis vnitas concordia & tranquillitas conseruetur, idq; hoc vno fieri si Leges atq; instituta Diuina & humana longo vsu & approbatione communi recepta, diligenti custodia manuteneantur, hominesq; seditiosi, & plus sapere volentes q; oportet quamq; ad illos pertineat coerceantur. Siquidem quid in vita certi firmiq; haberetur, vbi liceret vnicuiq; pro suo sensu & libitu tam de diuinis quam etiam humanis rebus pronuntiare, cum

nec vllum est bonum quod maledicendo deprauari non possit, nec vllum tam euidens malum, quin vbi licentia sit sub specie boni sese non insinuet. Nos itaq3 dudū intelligentes sparoi in Regno nrō Lutheri cuiusdam dogmata, contra mores & instituta Principum & Sanctæ matris Ecclesiæ, in perturbationem communis status & vnitatis populi Christiani, pro debito nrō, & ex officio aliorum priorum Regum & Principum Christianorum (non enim hæc noua sunt, nec raro accidunt in Ecclesia) publico edicto mandaueramus, vt ad Regnum nrūm nulla opera ipsius Lutheri, aut alterius cuiusp̄iam sequacis illius inferrentur, sub exilio & priuatione bonorum omnium. Contra quod edictum nrum comperimus isthic in Ciuitate nra Cracouien' esse nonnullos ita curiosos, in his quæ muneris eorum non sunt, atq3 ita contumaces aduersus edictū nrūm, vt non cessent opuscula eiusdem ipsius Lutheri & alia id genus inuehere & pro palam iam tueri dogmata ipsa letifera in offendend' bonarum mentium, hominūq3 perturbationem & contemptum, authoritatis & mandati nri Regij. Quod vt merito debeamus indignissimo animo ferentes, Committimus Sync: tuæ idq3 omnino habere volumus vt tales qui in vulgus sparunt ipsa dogmata Lutherana vel eius opera inuehunt palam vel occultè ad Regnum & Dominia nra, & præsertim isthuc ad Ciuitate' Cracouien' diligenter disquerat, & in eos qui comperti fuerint edictum nrum irremissibl' exequatur, sed et quicquid vltra in ea re curanda fecerit, id nos non ratum solum sed etiam gratissimum habituros non dubitet pro fide & virtute sua tua Sync: factura Grodnæ in hyeme 1525

Epistola eiusdem Regis ad Fredericum Ducem Legnicensem.

In Manuscripto

Illustri Principi Domino Frederico Duci Leonicensi & Bregen' Capitaneoq3 inferioris Silesiæ Affini nostro charissimo. Salutem & felicitatem.

Illustris Princeps & Domine Affinis noster charissime. Intellexim̄us ex Subditis nostris, quanta mala pullulent isthic in Silesia ex hæresi Lutherana nuper cæpta & in quam oppressionem deuenerit Clerus isthic existens. Quia vero res noua non est est eiusmodi hæreses euenire, quæ non nisi insolentes & seditiosos seducere solent & nos omnia Dominia & subditos Sermi Domini nepotis nri non secus q3 nostra ꝑpria cordi habemus. Scribendum in ea re duximus ad Vestram Illritatem quæ quum dignitate Ducali emineat & non ignoret, quæ bono & prudenti Principi in similibus accidentibus, euenire. Postulamus ab illa, vt pro sua authoritate qua valet, tueatur religionem & Ecclesiasticos isthic pro viribus suis, agatq3 cum Proceribus ac alijs statibus, vt relictis malis persuasionibus & peruersis documentis Apostatarum, ita se erga religionem & ministros Dei Ecclesiasq3 suas gerant, quemadmodum maiores illorum se gesserunt, & tota Christianitas obseruat, nihilq3 contra Spirituales & Ecclesias innouent non plus sapientes quam oporteat. Nam si tales rumores de illis ad nos venire non desinerent, cogemur talem prouisionem facere ne pestis ista ad Regnum & Dominia nostra permanaret, quæ in vnaquaq3 Repub: occasionem præbet seditiosis turbas & res nouas moliendi. Factura Vra Illustritas pro Sapientia & virtute sua Quæ felicissime valeat. Datę

Descriptio tumultus Gedanensis ex Luterana hæresi proueńientis.

In Manuscripto

Anno 1525 Gedani per furias hæresis Lutheranæ graues motus excitati

relgio

religio Catholica cum Sacerdotibus illinc erecta, templa spoliata, Burgrabius, Proconsul, Consules, & scabini per plebem exauctorati, bonis spoliati, è Ciuitate pulsi nouiq; in eorum loca suffecti furca carnificinæ officina in foro erecta, & defectio à Rege imperium practicabatur. Sigismundus ex decreto totius Conuentus cum Consiliarijs initio anni 1526 in Prussiam se contulit, Conuentum terris Prussiæ Maneburgi indictum coit. Præmisit ante se Consilianos viros graues, quibus adiunxit equites ducentos bello & consilio bonos, ad tractandos animos plebis furentis & ad Ciuitatem pro aduentu Regio in tranquillum statum disponendam Venerat eodem Georgius Dux Pomeraniæ, Gedanenses constituerant fidem & obedientiam Regi iuratam denegare. Consiliariosq; in occursum Regis egressos & Regem clausis portis non admittere. Præmonitus Rex à Bischow Ciue Gedanensi, Consiliarios cum equitibus iussit intus manere ad portas ne clauderentur admittere. Rex duces seditionis & administros in prætorium vocat, captinat, incarcerat custodias nocturnas & diurnas peragi iubet. Noxijs per torturam examinatis, & supplicio affectis, cæteris in vincula & carceres coniectis, partim proscriptis, plebe terrore ad officium compulsa, Ciuitas sublatis furoris Ducibus tranquilla. ~~

QVARTVS HÆRETICVS IN REGNO POLONIÆ FVIT NON NVMERO SED TVMVLTV, Ciuitas Gedanensis Lutherana hæresi infecta

Ktory tumult tak naßa opiſuie Hiſtorya. Na ten czas tho ieſt Roku 1525 we Gdanſku dnia 22 miesiaca Stycznia wielkie sie zamieszanie stalo ktore trwalo y przez drugi caly dzien, wielka czesc miasta z wielkim tumultem Luterskie bledy przyela, Senat przez dwa dni cale tego broniąc zaiuszonego pospolstwa pohamowac niemogl: ktore w iednym gorę otrzymawszy y do drugiego sie rzucielo, starą Rade zrzucieli a insza nową z pospolstwa obrali z Pisarza mieyskiego Burmistrza vczyniwszy. Tam zatym postępkiem kościoły polupili, kleynoty, zloto, srebro, krzyże, kielichy, pobrali. Co vczyniwszy do Krola list napisali, marę swa ku Krolowi zaleczaiąc, swa tez relligią y porzadek nowo vczyniony chwalac, a prosząc aby byli przy nim zachowani zwlaszcza ze tą odmiana nic dochodom Krolewskim nieodey dzie, a k temu iz wiarę swoie przysięga znowu vczynioną Krolowi y Koronie vtwierdzili. Bielski w Kronice Pol: w Ksiegach piatych Fol: 553

Zaczym Krol Zygmunt w roku 1526 dziewietnastego dnia Lutego ruszył sie z Krakowa do Prus, y tam osmego dnia Marca do Malborku wiechał tamże na ten czas Gdanszczanie buntownicy radzic poczeli iakoby sie Krolowi stawic mieli po rozmaitych y roznych sententiach na tym stanelo, aby Posły do Krola do Malborku wyprawili, zeby mu fortunnego do Prus przyazdu powinszowawszy, do miasta go z dworem vcciwie przyeli, a zeby sie przecie wszytkie trzy miasta Gdansk, Elbiąg, y Thorun na piecy mialy, y spolem sie gdzieby iaka potrzeba przypadła ratowały. Zaczym Krol przed soba do Miasta, aby sobie do wiazdu wszytko sposobił kilka zacnych Rad swoich Christopha Szydłowieckiego Kasztellana Krakowskie Andrzeia Thęczynskiego Woiewode Krakowskiego Łukasza z Gorki Kasztellana Idem Lib: eodem Fol: 555

Poznanskiego, y Generała posłał, ktorzy do miasta przyechawszy tak ludzie vieli, ze z wielkiemi chęciami przyazdu Krolewskiego oczekiwali, y zaras z tamtąd Posły do Krola wyprawili, prosząc aby miasto przykładem przodkow swych nawiedzic raczył, w Legatiey pierwszym był Jan Scholc Luterskiey sakciey głowa. Posłowie od Krola łaskawie przyęci y odprawieni byli, za niemi sie Krol do miasta ruszył ze Tczowa z kilka tysiecy ludzi, gdy sie ku Gdanskv przybliżał, ludzi wielka moc z zonami z dziecmi wyszło wielka radosc pokazuiąc. Krol gdy do miasta wiechał rozkazał aby zasie wrota do bram przyprawiono, a klucze mieyskie mu przyniesiono, a działa zeby do Caykhausu na swe mieysca odprowadzone były, gdyż on z pokoiem przyechał, a nieprzyaciela sie im żadnego obawiac nietrzeba. Czego gdy meuczynili Krol gniew swoi do czasu pokrywszy, zezwał Woiewod Kasztellanow y wiele Szlachty Pruskiey. A na ten czas y Barmin Xiąże Pomorskie Siestrzeniec Krolewski w trzech setli koni zbroyno przyechał: z drugą strone y Albrycht Xiąże Pruskie drugi siestrzeniec, obadwa aby nawiedzili Wuia swego, Także Krol Czechmistrzow y starszych wszytkich bractw wezwawszy na Gielde rozkazał Piotrowi Kmicie z Wisnicza Woiewodzie Krakow: y Marszałkowi Koronnemu, aby ich pytał iesli pamietaią na przysiege y wiare swą Krolowi y Koronie Polskiey vczyniona, y iesli sie w posłuszenstwie swoim zachowali. Co gdy Marszałek milczeme rozkazawszy vczynił, a oni na to ochotnie odpowiedzieli że pamietaią, y znaią na wszem powinnosc swą Marszałek rozkazał aby ktorzykolwiek sa Krolowi wierni, y strone iego dzierzą aby na prawą strone przesli, co wnetże gdy wiekssa dobrze czesc mieszczan vczyniła, drudzi co sie były poczęli ociągac, za wstydem a z boiazni, aby sie z rebellią swą nieodkreli, też za niemi posli, ktorych wiare Marszałek pochwaliwszy, rozkazał aby wszyscy Krolowi y wiarę y poddanstwo swe przysięgą odnowili. Także wszyscy podniowszy dwa palca ku gorze przysięgli. Co gdy sie stało Krol za rada spolna rad swych Polskich y Pruskich iął sie otym pytac, ktoby był przyczyna tego zamieszania niedawnego, y tey odmiany w Wierze Chrzescianskiey wtym mieście, y złozenia starey Rady a postanowienia nowey. A zeby to trybem porządnym szło, napierwey te Rady ktore były z mieysc swych ruszone, na Vrzędy swe zasie wsadził, ktorzy bedąc powinni vkazac winowayce, Jana Scholca przed sie wezwali. Scholc chcąc o sobie sprawe dac, prosił aby przed osobe Krolewską przywiedzion był, czego gdy mu Krol dozwolił, przeden przyszedł, y przy pospolstwie długiemi słowy niewinnosc swą wywodził. Tam Philip przezwiskiem Bischow iął go pytac tymi słowy, czemus ty Scholce Koscioły z złota, srebra, y kleynotow polupił? czemus sam w ylownym Kosciele na kazalnice wstąpiwszy, wazył sie naypierwey Lutérską wiarę wnosic? czemus Szubienice, Koło, y Miecz, przed Ratuszem postawił. Jan Scholc to słyszac gdy sie począł wiercic, a na ostatek do pospolstwa sie odzywac, że to za wszytkich rozkazaniem vczynił. Pospolstwo krzyknęło że otym niewiedząc, y wiedziec niechcą, że co czynił na swoi karb czynił, tam zawstydzony zamilknął, wydaiąc sie prawie za winnego, ktorego zaraz do wieznienia Krol wiesc kazał, ktory potym ze trzynasta thowarzyszow, co sie naywinniejsi naydowali, ściety był, a drudzy z miasta precz wypędzeni. Krol buntownikí pokarawszy, według woley swoiey rząd w mieście y sprawe wszelaka postanowił, kościelne rzeczy zewrząd zniesc rozkazał, ktore gdy były iednego dnia zniesione, do kościołow ie oddał, y chwałę Bozą starodawnym porządkiem, Księża ktorzy byli wygnani na swe mieysca przywrociwszy, odprawowac rozkazał.

Wielki rozum y baczenie Zygmunta pierwszego w pokaraniu tych buntownikow Luterskich każdy chwalic musi. Ale y o samym Lutrze, niezbożnym Heretyku arsze grauissimum fuit iudicium Karla piątego prudentissimi et sapientissimi illius temporis Imperatoris Wormatiæ prounciatum. Eum non hominem sed Dia-

Surius in Comm: rerum in Orbe gestarū Fol: 113

bolum

bolum, sub humana specie esse, qui in perniciem humani generis permultas olim damnatas hæreses in vnam sentinam congesserit. *Quidquid enim mali commissum est in Regno Poloniæ, quicquid committendum eorum omnium matrem et magistram esse Hæresim Lutheranam & Caluinianam.* Nulla enim vnquam factio qua tota conflagrauit Europa, fuit tam seditiosa, tam pestifera, tam nefaria, quæ ita Religionem omnem tolleret, Leges omnes tam diuinas quam humanas obrueret, mores bonos corrumperet, Respublicas euerteret, Ciues inquietaret, rusticos conturbaret, Seruos in Dominos concitaret, Sacra omnia ita prophanaret, & prophana contaminaret, quam hæc ipsa à Luthero in orbem producta ter detestanda hæresis, quæ vsq3 adeò ab Ecclesiæ veteris fide et doctrina dissonat vt non solum vnanimem omnium antiquorum patrum Religionem ritus ac cerémonias eliminet, verum etiam cuncta ac singula, quæq3 Orthodoxæ Ecclesiæ Sacramenta, à quibus salus nra dependet, aut in peius mutet, aut penitus aboleat, extirparetq3. Quam quidem cladem modis omnibus deplorandam, vnus homo impurissimus in mundum aliter inuehere non potuit, nisi adiutus ab illo fuisset cum quo gloriatur, se modios aliquot salis deuoraße. *Cuius non solum assecla, disputator, Socius & conuiua fuit, non Apostolicus sed apostaticus et phanaticus peruersi Euangelij autor. Bo sie tak wßetecznie y bes wstydu pisße.* Dico ego Doctor Martinus Lutherus Dñi nri. Iesu Christi indignus Euangelista *I tak chardzie o tey swoiey Ewangelicy wßetecznej mowi.* Quod ego doceo Dei verbum est, adeò vt si illè Augustini millè Cypriani aliud docerent, nihili hoc faciendum. Doctrinam meam ego nolo iudicari à quocunq3, nec ab Angelis omnibus, cum enim certus de ea sim, per eam & vester & Angelorum iudex esse volo. *Czyimi sie prawdziwym Ewangelistą y te swoie fałßywą Ewangelią, quam non semel mutauit, modò id aßerens modò negans, quod aßeuerauit. Bo iesli to prawdziwa Ewangelia, co on wßetecznie y bes wstydu za Ewangelią vdaie.* Rei venereæ vsum magis quam cibum, potum, & somnum esse necessarium. *Czemuż wzdy mienstydliwy Ewangelista przynammey slubow Boou prześ Zakonniki y Zakonnice, poprzyśiezonych mechciał zachowac, ale wßetecznie radził im* Posthabitis votis suis nuptiis operam dare., *wiedział vż to inaczey bydz memogło* nisi Religione Catholica euersa quæ præuaricatores periurosq3 & transfugas abominaretur, *musiał* instituere nouam religionem quæ & vota & periuria, continentiamq3 & castimoniam, tum preces & ieiunia, aliaq3 pia opera confidentissimè contemp sit.

Theodorus Petreius in Cathal: Hæretic: Tit: Lutherani Fol: 113

Idem ibidem Fol: 114

Luther: Tomo 2 con: Regem Angliæ

Luterus Tomo 5 Witemberg: serm. de matrimonio Fol: 119

Ad Lutheranos enim plerumq3 deficiunt Gulæ inprimis addicti; quia non sunt apud eos ieiunia. Incontinentes; quia apud eos Monachis et Monialibus matrimonia conceduntur. Desertores Monasteriorum; Quia apud eos omnia vota relaxantur, claustra omnia reserantur, continentia cum coniugio, cum diuitijs paupertas, obedientia cum licentia, commutatur. Homines auari & ambitiosi; quod eis Lutherani non solum opes Ecclesiæ, sed etiam personas, & ipsam fidem ac religionem, inaudita adulatione subyciat. Otiosi; quod Lutheri religio sola fide contenta, opera non requirat. Deniq3 Improbi et scelerati omnes, quod nec peccata Sacerdotibus confiteri, nec vlli hominum vitæ suæ rationem reddere teneantur. *A mędziw* Homines enim ita comparati à natura sunt, vt id facilè & libenter credant, quod cupiunt, quod placet, quod delectat.

Theodorus Petreius in Cathal: Hæretic: sub Tit: Lutherani Fol: 122

Idem ibidem

Leges Spiritualium Sigismundi primi Regis

Differentias Iudiciorum inter Spirituales & Sæculares personas, sic in præsentib9

Herbult: Tit: Spirituales Fol: 453

Quas causas subdces Spualium cognoscent

Comitijs, cum Consiliarijs nostris vtriusq3 status & terrarum Nuncijs constituimus ne amplius alteri alteros, ad Ius incompetens euocent. Vt itaq3 sit definitum quæ causæ ad Iudicium Spirituale & Seculare pertinent, per hanc illarum descriptionem significamus, describimus & constituimus, cum consensu dominorum & Prælatorum Spiritualium, nec non dominorum Status sæcularis et Nunciorum Terrestrium. In primis ad Spiritualium Iudicium pertinet Iudicare differentias Fidei sanctæ Christianæ, hæreses, Schismata, plasphemias con[tra] Deum & Apostasias.

Idem ibidem Item pro Decimis, septem Sacramentis Ecclesiæ, Beneficiis, Sacrileguis, Simonia, Fænoribus, Spiritualium homicidijs, Percussionibus & vulneribus ordinatorum aliàs Consecratorum, Sacrorum nundinatione, & pro his qui fugiunt sub tutellam templorũ vel Monasticorum Cœnobiorum, exceptis tñ illis quos Ius templis defendere non permittit, vt sunt Nocturni damnidatores in segetibus fundis vel agris, Sicarij alś dispercussores iter facientium, Fures publicè proclamati vel ter in Regestris conscripti Incendiarij & Violatores libertatum Ecclesiarum, isti et tales debent de templis recipi neq3 defendi.

Idem ibidem Item ad Iudicium Spirituale iudicare pertinet Incantationes & Magias, Census perpetuos Ecclesiasticos Terrestres & temporales, Reemptiones Ecclĩarum dotationes alś *Poświątne* Nihilominus de ipsis fundis Ecclesiis dotatis aliàs o *Poświątnym*. sic est constitutum Quia si aliquis Spiritualis, vel vigore literarum vel possessionis diuturniæ, possideret id, quod asserit esse Ecclesiæ dotatum alś *Poświątnym* & ex illa Ecclesia vel Ecclesiastica persona, inofficiosè, & alicuius vi vel violentia esset depulsa: & eo nomine citaret, is debet iudicari, iuxta veterem consuetudinem Iure Spiritualium, excepto hoc, si in termino persona Sæcularis citata assereret, qá hoc ipsum pro quo citatur Ecclesiasticum non est, sed tantum adiectum de eius ꝓprio ad Ecclesiasticum, hoc est quia hæc persona Spiritualis plus sibi dationis alś Poświątnego appropriauit: latius vel longius q3 debet habere iuxta literas Fundationis, vel Possessionis, extunc Spiritualis Iudex abiudicando Actori hoc, quod in Iris Fundationis habet, vel ab eo iustè possideri dominus cognosceret, vel id super quod leǒitimè doceret, pro reliquo fundi illo scilicet, quod eidem non agnosceret dominus, debet remitti ad Ius Terrestre. In qua quidem causa pro proprietate, pro limitibus, aut pro meta, à Decreto Remissionis à Iudicio Spirituali ad Ius terrestre, ad superius Tribunal Iudicij Spiritualis vel Romanum. Appellatio admitti non debet, sub pœna infrascripta

Hæreses seu lenocinia Martini Luteri

Theodorus Petreius in Cathalogo Hæretic: sub Tit: Lutherani Fol: 116

1 *O Troicey przenaświetszey ktora iest Wiary powszechney Katholickiey fundamentem, iako ten mężbozny Herezyarcha rozumiał, y iako w mę, wierzył ztad sie pokazuie, Że Z Litaniey wyrzucił inuocationem ipsius* Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis, *bo mu sie to mępodobało, Że tego mǫdzie w pismie świętym menayǯował.*

Idem sub Titulo Antidicomanianitæ Fol: 12

2 *A o naświetszey Pannie iako wszetecznỹ plugawiec spurcissime et sensit & scripsit.* Eam quæ vniuersorum fuit Principium & Speculum iustitiæ, & cuius detentio fuit in plenitudine Sanctorum, fuit enim in ea fides Patriarcharum, zelus Apostolorum, robur & constantia Martyrum, sobrietas Confessorum, castitas Virginum, puritas Angelorum. *Te tak Swieta Dei vmoemiti filij matrem mierzchydlny sobie ich przyrownał.* Sumus (*inquit*) pares Matri Dei & aquè Sancti sicut illa, nisi

Idem sub Tit: Lutherani Fol: 116

quod

quod non possumus esse Dei matres sicut illa fuit. Ktorey świątobliwość tak świę-
ty Dionizyusz Arcopagita opisuie, ktory to był zasłużył u P. Boga żeby ia był
w cziek iey świątobliwym, sam oczywiście widział, y dla tego z Grecyey w Iudæam
ab beatum Ioannem Euangelistam se contulit, prosząc go żeby mu był ukazał præ-
stantissimam illam Virginem, ex qua vniuersorum principium prodierat, ktora
gdy oczema swemi obaczył, in tanta claritate luce, & gloria, præ admiratione vpadł
na Ziemię, y to wyznał, że kiedyby ex ratione naturali et fide tego nedochodził
non putasset præter hanc Deitatem esse aliam. A ten wszeteczny plugawiec
śmiał naswiętszą Pannę brzydkiemu swemu ścierwowi przyrownac.

3 Dziwuie się Suryusz Carthusianus mężbożności Lutrowey qui diu admo- Surius in Commenta-
dum in Catholica religione benè institutus ad tantam impietatem deuolui potuit iako rerum in Orbe gestar:
tak wszeteczną Xięgę De abominatione Canonis Missæ śmiał y ważył się napisać Fol: 147
y wydac, ale y to swoie podziwienie tak zamyka. Væ omni superbo quia proxim9 Idem Ibidem
ruinæ est, quid enim tremendis illis Missæ myśterijs, & Sacro Canone habet Ecclesia
sacratius? Sed ille insanus amplissima Antichrystice vastitati itinera præparabat. I
dla tego się musi mędzinowac, że ten mężbożny Apostata, homines docendo, rectè Petrus Cutsemius in Sa-
instruere noluit, sed destruere, peruertere non conuertere, perdere non saluare. Quid xonia Catholica Fol: 195
enim deterius ex ipsa Antichristi Schola prodire potuit, iako ta Xięga wszeteczna
y bluźnierska od tego mężbożnego Apostaty, qui Missam vsq3 adeò excecratur nec Surius in Comm: rer: in Orbe
ferre possit, vt in Eucharistia Christum adoremus. gestarũ Fol: 449

4 Mulieres & pueros æquè absoluere ac Papam quem dicit esse Antichristũ Theodorus Petreius in
& perditionis filium. Cath: Hæret: Tit: Lutherani
Fol: 115

5 Præliari aduersus Turcas est repugnare Deo visitanti iniquitates nostras Idem ibidem
per illos.

6 In nullo Sacramento dicit Characterem imprimi Idem ibidȝ

7 Cibos ab Ecclesia certis temporibus vetitos licere quouis die sumere Idem ibidȝ

8 Concilia quantumuis legitimè congregata in fide iux' ac moribus errare & Idem ibidȝ
posse et erasse'

9 Confirmationis Sacramentum non confert gratiam neq3 Sacramenti loco haben' Idem ibidȝ
dum.

10 Ecclesiam non continere bonos ac malos, sed bonos tantummodo Idem ibidȝ

11 In Eucharistia post factam consecrationem manere eundem panem qui an- Idem ibidȝ
te consecrationem ibidem erat.

12 Laicos esse sub vtraq3 specie communicandos Idem Ibidȝ

13 Excommunicationem Pontificiam nullius eße momenti Idem ibidȝ

14 Fidem solam sine vllis operibus sufficere, eam vero amitti per quodlibet pec- Idem ibidȝ
catum mortale

15 Omnem hominem iustum scire se esse in statu gratiæ ac certum de iustitia sua Idem ibidem

16 Hominis arbitrium non esse liberum, nec ollum esse hnis meritum ad gloriã Ibidem ibidem
consequendam

17 In omni opere bono iustus peccat In Concilijs Tomi 4: parte
2 in Bulla Leonis Papa X
18 Opus bonum optimè factum, est veniale peccatum con' Martinũ Luther, Fol: 135

19 Nullo modo præsumas confiteri peccata venialia sed nec omnia mortalia Idem Ibidem
quia impossibile est vt omnia mortalia cognoscas

20 Dum volumus omnia purè confiteri nihil aliud facimus quam quod mise- Idem Ibidem
ricordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoscendum

Ibidem 21 Indulgentiæ sunt piæ fraudes fidelium, & remissiones bonorum operum & sunt de numero eorum quæ licent & non de numero eorum quæ expediunt

Ibidem 22 Hæreticos comburi est contra voluntatem Spiritus

Ibidem 23 Nemo est certus se non semper peccare mortaliter propter occultissimum superbiæ vitium.

Sunius in Comment: rerum in Orbe gest: Fol: 150

Ale te lenocinia Lutrowe bardzo piekne Georgius Dux Saxoniæ immortali dignissimus memoria Princeps, ditionem suam ab ipsius dogmatibus lenocinijs que tuendo, catholicissimè confutowal, tali responso ipsi dato. Affirmare possumus, euangelium tuum nobis magnopere curæ non esse, quod Orbis Christiani capita illud reprobârint. Id unum dedimus operam, ut pro virili caueremus, ne à nostris reciperetur. In causa sunt mali fructus indè profecti. Nam neq; tu neq; quisquam alius vere dicere potest, ex tua doctrina quicq; aliud enatum esse, nisi plasphemias in sacrosanctam Eucharistiam, in Sanctissimam Dei genitricem, in sanctos omnes. Ex tua sectatorumq; tuorum doctrina, omnes iam olim damnatæ hæreses renascuntur, omnis Dei cultus honestus aboletur. Quando unquam tot facta sunt sacrilegia Deo dicatorum hominum, quam sub tuo euangelio! Quando crebriores exitêre in magistratus rebelliones quam ex tuo Euangelio! Quando tot sacrarum ædium expillationes tot furta ac rapinæ visæ sunt! Quo unquam tempore tot habuit Vittenberga excucullatos monachos & moniales atq; hodie! Quando maritis ablatæ sunt uxores aliisq; traditæ quemadmodum tuum habet Euangelium! Quando tam numerosa perpetrata sunt adulteria quam posteaquam tu scribere non dubitasti. Si mulier è viro concipere nequeat, ut ad alium se transferat, à quo possit fecundari, & maritus prolem inde natam alere teneatur: itidemq; vir faciat! Hæc & multa alia Princeps ille celeberrimus scripsit Luthero, eius nefandas turpitudines illi statuens ob oculos, si fortè posset reduci in viam. . Fuit enim Lutherus prodigiosè mendax et propudiosè perfidus, cuius mendacia fuerunt infinita, constatq; Joannem Dietenbergium in duabus duntaxat confutationibus, eundem commiciße mendaciorum octingentorum ac Septuaginta quatuor.

Theodorus Petreius in Catbalogo Hæreti: sub Tit. Lutherani Fol: 117

Sub dominatu Sigismundi Augusti Poloniæ Regis.

Edykty dwa Zygmunta Augusta przeciwko Hæretykom.

In Actis Castrensib; Calissien' sub Anno 1556

Actum Calissiæ feria secunda post festum Sanctæ et individuæ Trinitatis proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo sexto.

Comparens personaliter coram Judicio prnti Capli Castren Calisien' atq; Actis prntibus Nobilis Ioannes Meszynski tenens & habens suis in manibus literas Sacræ Regiæ Mtatis insrasptas Titulo & Sigillo suæ Mtis

Regiæ

Regiæ munitas & obsignatas non viciatas non cancellatas et omni suspitione carentes. Quas petyt in Acta prntia inscribi quod illi per Iudicium est admissum. Quarum trarum binarum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. Sigismundus Augustus Dei grā Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ, Masouiæ &c: Dominus & hæres. Vniuersis & singulis in Diæceſi Archiepiscopali Gnesnen' Capitaneis nris, & eorum vicecapitaneis ac bonorū nostrorum Regalium Tenutarijs Sync: & fid: nobis dilectis gratiam nostram Regiā Sync. & Fid: nobis dilecti non potest nobis non molestè accidere nostrorū hominum temeritas & licentia, qua multi contemptis sanctissimis Ecclesiæ Catholicæ moribus & institutis ad nouarum dogmata, ritusq3 religionis, & ad damnatas iām olim sectas resuscitandas in dies magis ac magis præcipites feruntur, et quod nobis dolendum est magis, nostro etiam & præteritorum Comitiorum nomine, nonnulli ad propaganda latius impietatem abuti dicuntur, cum aut veteribus iuxta ac recentibus exemplis aliarum gentium admoneamur, quantum malorum agmen Regnis & Rebuspublicis eiusmodi pestes irato numine inuehere soleant. Officij nostri esse existimamus, omni ratione eis obuiam ire, ne malum id serpat in Regno nro præsertim cum ad Pontificem maximū iis de rebus Oratorem è Comitiorum sententia miserimus nec interim cuipiam vsq3 nouari conueniat. Iniungimus igitur & mandamus Sync: & Fid: Vris etiam atq3 etiam ne quas in Præfecturis suis Vrbibus, Oppidis et Villis nris Regiis nouationes rituum Ecclesiasticorum, atq3 Communionem vsq3 omnino neq3 in templis neq3 in priuatis domibus neq3 vllo in alio loco publico vel priuato, ac ne Conuenticula quidem vlla, sub prætextu cultus Diuini fieri patiantur, etiamsi quæ Domus sint, à Ciuili iurisdictione exempti volumus enim int' totum Regnum tamen præcipuè Ciuitates & Oppida nostra ab huiusmoi peste seruare. Quod si Reuerendissimus in Chro Pater, Dominus Archiepus Gnesnen' vel eius Vicesgerens Sync' & Fidel. Vris quempiam detulerit Anabaptistarum, Sacramentariorum Picardorum, Lutheranorum, Protestantium, Bohemorum, siue aliorum quorū vis hæreticorum sectam atq3 dogmata in quibusus Conuenticulis, hominum earundem Arciu Vrbium, Oppidorum & Villarum nostrarum in Præfectura Sync: tuæ docendo siue legendo disseminan', vel ritus nouos cultus Diuini, atq3 Sacramentorum inducentem, eum ne tollerent Sync: & Fidel: Vrę sed statim petant, vel deferenti obducen' permittant. Interenitentem verò, aut reuertentem seuerius animaduertant. Cæterum ne ad huiusmodi remedia recurrere necesse sit, volumus, vt Sync: & Fidel: Vrę, edictum hoc nostrum in Vrbibus & Oppidis suæ Præfecturæ, per affixionem vt moris est & voce Præconis promulgari sine mora curent. Literas verò has in librum Actorum Sync: et Fidel: vrę inscriptas itērum Domino loci Ordinario restituant. Quæ omnia supramemorata facient et exequentur Sync: et Fid: Vrę pro fide et officio suo et sub indignatione nra ac pœnis in nouigentes Capitaneos constitutis. Datum Vilnæ prima die Mensis Martij Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Quinquagesimo sexto Regni verò nri Anno Vigesimo septimo. Ad mandatum Sacs Regiæ Mtatis proprium.

Literæ secundæ sub eodem Actu

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ &c: Dominus & hæres. Vniuersis & singulis Vrbium, Ciuitatum, & Oppidorum in Diæceſi Archiepiscopali Gnesnen' existentibus, Proconsulibus, & Consulibus, Fid: nobis dilectis gram nram Regiam.

Ibidem sub eodem Actu in Actis Castr. Caliss:

Fideles dilecti Accepimus multis in locis Regni nri, sic violescere licentiam ac temeritatem hominum, vt neglectis edictis nris ac Domini parentis nri in varias ac pernicioſas hæreſes atq3 ſectas multo cæco impetu ferantur, damnataq3 Sacramentariorum Anabaptiſtarum, Lutheranorum, Picardorum, Bohemorum, et aliorum hæreticorū dogmata amplectantur, atq3 profiteantur & ritus Eccliacos colendi Deum & Sacramenta adminiſtrand, veteresq3 quidem et receptos immutent nouos verò inſtituant, nro etiam & præteritorum Comitiorum nomine, ſic ad nos perfertur ad hoc abutentes repetand ſerum, qntum malorum eiuſmodi nouationes, alibi nro ſeculo non ſolum priuatis nominibus verum etiam Vrbibus & Oppidis atq3 adeò vniuerſis Regnis inuexerint. His igitur nos pro officio nro Regio, occurrere volens ſeuerè vobis mandamus ne quas eiuſmodi nouationes rituum & Sacramentorum, aut etiam Concionum in Ciuitate ſua & Suburbanis, ac territorio eius admittatis vel etiam tolleretis. Neq3 in templis & alijs locis publicis, neq3 in priuatis Domibus et Conuenticulis. Quod ſi quis forte vobis ab Officio Archiepiſcopi delatus fuerit eiuſmodi nouitatum & Sectarum diſſeminator vel author, eum ſine vlla mora vel tradatis offo Eccliaco, vel Ciuitate Vra eiusq3 territorio pellatis, nec ſine permiſſu loci Ordinarij vnquam recipiatis, quod ſi in eum forte Iuriſdictionem non habeatis Capitaneo nro referatis, ſi quid aut vſq3 nouatu fuerit, mox in priſtinum ſtatum reſtitui curetis. Ne quis verò ignorantiam huius Mandati ſiue edicti nri prætexat, vt id voce præconis et per affixionem vt mos eſt illico promulgetis. Tras verò haſce in Acta Ciuilia inſcriptas, iterum loci Ordinario reddatis. Alioqſi quid horum exequi neglexeritis. Nos debitas panas de vobis ſumemus ne igitur ſecus feceritis ſub graui indignatione nra Datæ Vilnæ prima die Menſis Martij, Anno Domini M. D. LVI Regni verò nri XXVII Ad mandatum Sae R. Mtis proprium.

Ex Actis Caſtrenſib. Caliſſienſib. extractum.

Andreas Liſiecki Inſtigator Regni & Iudex Surrogatus Caſtren Caliſſien

Locvs Sigilli

Swiatobliwie bardzo Krol Zygmunt Auguſt od Mandatow tych, na ktorych ſie Duchowna Iuriſdictyja ſadzic miała, ſuum Dominatum zaczął, y by rey była ſwawola naſza wſtrętu meuzymła, pewnieby była miała koniec ſwoi ſczeſliwy, bo predko po mich Decret on Krolewſki naſtampił. Że o roznoſc w Religiey nikt inſzy wedno Panowie Duchowni Kſiężą Ich Mość Biſkupi ſadzic mieli. Ale iako ſkoro tu v nas w Polſcze Quiſq3 Religionis Magiſter atq3 adeò Rex & Lex eſſe capit, kie dy naprzod mieſo we Srzode dano, potym kiedy Kſiądz Zonę poiał, aż naoſtatek y ſwiatoſci przechwalebnych czcic niechciano, y nie czcono. Iako ſie to by ło ſtało na Seymie Piotrkowſkiem 1552 odzie niektorzy z Poſłow przy Mſzey o Duchu ſwietym, przy podnoſzemu Ciała Panſkiego, nalezli ſie byli tacy, przed oczyma Krolewſkiemi, co czapek niezdeymuiąc ſtali ani klekac chcieli.

Bielski w Kronice Xięgach piatych Fol: 595

Cromer: in Corp: Hiſt: Polonica Fol: 94

Bielski w Kronice xięg: piatych Fol: 594

kazdemu wierzyc iako kto chce wolno. A bedzie pewnie gdy zadney peny in hæreticos nebedzie. Rzecze ieden, iż Christus nie iest prawdziwym Bogiem (iakoś iuż takich y nazbyt) Drugi zas powie, iż Machomet iest prawdziwym Bogiem. Trzeci zgoła powie, iż niemaś Boga: ztych zadnego ani Duchowna, ani świecka zwierzchnosc karac nie bedzie mogła, bo go Konfœderacyja zastąpi we wszem. Ażci w Polsce bluznierstwo, ażci Alkoran Turecki, a za nim Turek, aż na ostatek y poganstwo zamnozy się znowu. Nuś ieśli się zas kto z śkoły Adamitow v ktorych nic własnego niemaś, wyrwie, y do skrzynki się czyiey, abo dziewki abo gony rzuci, day mu pokoy, Czemu? tak wierzy. Omnia communia, żaczymby Polska ono zaczne, y v postronnych Narodow sławne Krolestwo, w iaśkimia łotrowśką obrocic się mnsiała. Iakoś iuż mieśtetyś łotrostwa y mieśtatku tego pełno, bo co ginąd samiż Hæretykowie wypedzą, tu do Polski, iako do własnego Domu biegą: Ciż v nas Apostołmi, ciż sumnienia ludzkiego Śafarzmi, ci burzą, ci mieśaią, ci mi łey Oyczyzny naśey (o mieśczesne czasy) krwia się pasc chcą. A gdyby ta Confœderacyja doyśc miała, tymby się wiecey namnozyło tego. Obraża zaś bliznego bo iż Rzpta Polska tak stanęła, że przy Ich Mći Kśiezey wszytkę władza in spiritualibus zostawiła. O czym spolne Przywileie nasze, à świadcza Iagiellonis in Iedlna świadcza, ktore Dignitatum Regni iako Sæcularium tak y Spiritualium, nie tylko iura ale y Consuetudines vmacznia y vtwierdzaią, iako bez wszytkiey krzywdy Ich Mći Kśiezey odiąc się iudicium falsæ religionis aut doctrinæ bedzie mogło, ktore oni od tego czasu iako w Polsce Wiara Chrystusowa nastała, cale y nienaruśenie, aż po tad mieli to iedna krzywda. Druga gdy w iednej wśi kilka Panow bedzie, a ieden vdawszy się za tą Niemiecką Wiarką Kościoł śprofanuie, co drudzy wtey mierze czynić beda? Prawem trudno, Confederacyja pozwala, niec abo za teb chodzić, abo oni z wielkim vkrzywdzeniem zostac muśa. Ktemu do iednej Parafiey wśi śta Slacheckich przyśłucha, iako mieku krzywdzie inszych Parafianow, Podawcą w rozna Religią Kościoł przeinaczy. Ieśli go pogowa nic nie wygraią, dadzali mu też pokoy, inszego Kościoła śukac muśa. A ieśli y tamten à potym y trzeci y czwarty, aż y daley iako to bedzie mogło bydź, śkażą, ażci oni dobrzy ludzie, ktorzy postaremu Pana Boga chwalić zwykli, bez Kościoła z poddanemi swemi zostac, à potym w Poganstwo obrocic się muśa, y za tą Confœderacyją, kto bedzie dobrym, kto spokoynym, ten krzywdę cierpiec bedzie, temu ani prawo, ani moc zadna przykrosci męczyni zadney. A czemu? Konfœderacyja tak mowi, iż to iest grunt pokoiu y zgody wnetrzney, aby kto krzywdę miał milczał, a kto ią czyni w pokoiu został. Alec to omylna do pokoiu nadzieia Lædens in vitro (tak mowią) læsus in marmore scribit. pocznie się w tym kiedy ludzie. A ieśli tego onus przez posrzodek prawny złożyc z siebie nie beda mogli, do gwałtu y mocy się vcieką, ażci ktorey się strzegemy Woyna Domowa. Obraża też sumnienie, bo każdy z nas przy swey Religiey, dla tego mocznie y statecznie zostawa, iż tak o niey rozumie, że dobra, że prawdziwa, à insze mi się chydzi, iż złe à fałszywe. A gdyś abo nasza Apostolska starodawna Wiara ktora tych czasow Papieską nazywaią iest, prawdziwa, abo ta teraś nowo w Niemczech śplodzona, iako prze Bog, abo my ich, abo oni naśey bez naruśenia

ſummiema ſwego pozwolic mozem. Przy poczciwey małzonce (iako kto z dobrem ſummiemiem) wßeteczmice ſcierpiec może? A ta Konfederacya za iedno to ma y w iednakiey wadze pokłada. Na czym ieſli ſpokoyne dobre ſummienie przeſtac może niech każdy ſadzi. Y na ten czas że ſie to naylepſzego pokoiu ſpodziewac bedziemy, kiedy chwałę miłego Boga zniſczemy, bliźniego ſwego vkrzywdziemy ſummienia ſwe pokanceruiemy? Niech ſie wlym iako kto chce kocha, niech iako chce ſobie pobłaza, mietrafic wto aby fałſz z prawdą porownał, zeby dali ſobie rece, a od tego czaſu w pokoiu z ſobą mieſzkali, medoczekać tego mędy, aby P Bog tam impium opus taſką ſwoią pozegnac miał. Pokoy ieſt dar miłego Boga, a kto iednoſc rwie Wiary, ten z Bogiem żadnego ſpołku niema. Y owßem niech tego pewien bedzie, iż nas pomießa P. Bog pierwey między ſobą, a potym Nieprzyacielowi Wiary Chrześcianſkiey poda, iako Czechom, iako Węgrom naßym Sąſiadom prze tako waß vczynił przyczyne. A wiecbychmy ludzie ſpokoyni ludzie nad dobro Rzeczypoſp. mic v ſiebie przedniey ſſego niemaiący, na to co Koronie Polſkiey wieczna zgubę pewnie przymieſie, przyzwolic mieli? Nad to comoże bydź ſromotnieyſſego kiedy w Rzptey naßey, iako to, iż v nas ten, ktory wołu krowę, ſwinię, kozę vkradnie, karan bedzie. A ktory Koſciół zburzy, Ołtarze przewraca, Kapłany wypędzi, ſwiete Panſkie, Przeczyſtßą, y między podług potrzeby niewychwalona Panne Matkę Boga zeſromoci, chwałę miłego Boga zmiſczy, Imie naoſtatek Panſkie y Duchem złym ſtraßne zbluzni, zchanbi, ten mowie, taki pokoy miec bedzie tego ktoryby chciał karac, iużby pokoy wnetrzny wzruſzał, miłoſc, zgode targał. Przeto przeciw iemu powſtac, iako przeciw nieprzyacielowi Koronnemu wßyſcy powinni beda. O zapamietanie naſze, inſze narody w pobożnoſci a wſprawiedliwoſci pokoiu grunt y zgody zakładali. A my nieſczeſni Polacy, w nepobożnoſci, y w nieſprawiedliwoſci, od przyßłego gniewu Panſkiego vtaic byſmy ſie chcieli. A ledziwna rzecz iako za grzechem, tuż zawdy kazń miłego Boga idzie. Co y wtey Confœderacyey ſnadnie obaczyc każdy może. Bo fałßywe nabożenſtwo, beſpieczeſtwem opatrzaiąc, wolnoſc naßę miła w nebeſpieczenſtwo przywodzi. Wiemy to wßyſcy, iż Krole y Pany wßelakie, nic inſzego w powinnoſci ich nezatrzyma, wa, iedno przyſiega. Bo tey wzgledem na prawo, na wolnoſci poddanych, ogladac ſie zawzdy muſi, wiedzac iż Pan Bog periuros ſrodze karze. Otoż ku podmieſieniu powagi tey przyſięgi y ku zniſczeniu iey, ta Konfederacya droga ſie otwiera wielka. Bo ieſli bedzie każdemu wolno w iaka bedzie chciał Religyą ſie przenieżgnąc. A czemu też y nie Krolowi? A ieſli Krol rzecze, iż tak wierzy że Iuramentum præter Dei præceptum factum non tenet. Czego mu Panowie Ewangelikowie bronić niemogą, bo to v nich recta & indubitata propoſitio nihil eſſe recipiendum præter ſcripturas. Niechayże mi vkaże w Swietym piſmie, gdzie ktory Krol wolnoſci poprzyſiągł Żydom, abo zeby poprzyſiegac ie Pan Bog przykazał. Niechayże vkaże w ktorey Ewanoeliey to ſtoi, Neminem captiuabimus niſi iure victum. Niech vkaże ktory to Prorok napiſał. Nihil noui ſtatuemus niſi cum conſenſu Conſiliariorum & Nunciorum. Niech powie, w ktorym Pſalmie Krol Dawid, Super haſtam extra fines Regni Nobilitati piec grzywien obiecuie także y o inſzych wolnoſciach. A tak Krol Ewangelik z tych przyczyn przyſięgę

ſwoie

swoie lekcze vwazyc, a zgoła porzucic ią może. bo ieśli inśe vota, iako Caśtitatis & Religionis mżacz v siebie miemaią, czemuby przyśiega ważna bydz miała? Gdyż też ieśt iedno votum, ktorym Princeps vovet Bogu, iż prawa y wolnośći swoich poddanych w cale zachowa, aza przyśięgę zelżywszy, Prawa y Przywileie y Statuta naśe o Ziemie vderzy, a podług Bibliey Sądzic będzie, iako niedawno Starośta ieden w Polścze z tego poczętu czynił. Ieśli śie tedy Krol na to vda co czynic? do mocy trudno, Konfederacya zamim, ieśli iey iemu trzymac nie będą, a czemu on też ią trzymac komu powinien? Ażci w Polścze mieśzamina ażci iedni na te drudzy na owe ströne prześtępuią, wiec abo w śie vderzem, abo z wolnośćiami śie śwemi wiecznie pożegnac muśim. A ci podobno co teraz na Piśkorzu prześtac muśą, niezamiechaią pomśćic śie swego. Z tych tedy przyczyn, iako każdy bacznych, na taką Confederacyą nie przyzwalamy, ani przyzwolic bona conścientia możem. Ale przy Starodawney Wierze, ktorąchmy od Kościoła Rzymśkiego wzięli, mocnie y ślatecznie ślojąc, y cnych Przodkow swoich naśladuiąc, ktorzy zamieszanych onych Cześkiego Kacerśtwa czaśow, niepozwalaniem fałśywego nabożeństwa, ale zabraniaiąc pokoy y zgodę w tey Koronie zachowali, przy Starych Konfederacyach prześtawamy, y potomkowie naśi prześtawac będą. A iż śie rumores iakieś wśczynaią, iakoby przez mery chle Krola obranego przyiechanie do rozruchu iakiego w Koronie przyśc miało. Tedy śie wtym oświadczamy, iż ieśliby pod ten czas, mżli do nas Pan obrany przyiedzie, osoby iakie abo ślany, lubo też Ziemie, motus iakie czynic, abo do złożenia inśzey Elekcyey miec śie chciały, takowemu tego pomagac niechcemy, ale przy zgodnym od wśech Stanow Naiaśnieyśzego Pana Ksiązęcia I. M. Pana Henryka Krolewica Francuśkiego obraniu, mocnie y ślatecznie zoślawaiąc ie go przyiechania iakośkolwiek długiego, zta wiarą y chęcią iakąśmy go obrali, czekac będziemy. A kto burzyc, abo motus iakie śkodliwe przeciw iemu wśczynac chciał, przeciw takiemu każdemu, ktoregoby kolwiek był zawołania na śkażę iego powśtac wśzyścy powinni będziemy, iako contra hośtem Patriæ ktory śie non contentando iure communi, zgodne nas Pana obranie targac chce y rozrywac. Wśakże Ich Mośc Panowie Koronne vpomniec, aby śie starali, żeby Krol I. M. co nayrychley przyiechał. Bo aby miał Koronę śprofanowac przez Gubernatory, na to nie przyzwalamy, co sobie ströymac wśyścy śub fide honore & nominibus nośtris obiecuiemy, y tym piśmem obwieśćmy śie. Ktora naśe Protestacya z ströny Rad Wielmożny Pan Woyciech Kraśinski Kaśztelan Sieprski zapieczętował. A z ströny Rycerśtwa, kazaliśmy ią zapieczętowac Ziemską pieczęcią, y deputowaliśmy z pośrzodku śiebie Urodzone Iakuba Liśakowśkiego Stolnika Nurskiego, Starośtę Raciąśkiego, y Mikołaia Kośobudzkiego Piśarza Ziemśkiego Płockiego aby tę Protestatyą naśę do Kśiąg Grodzkich Płockich podali ku wpiśaniu. Działo śie w Raciążu na Seymie pierwśego dnia Września Roku Pańskiego 1573.

Petrus Myśzkowśki Epiścopus Płocenśis ścripśit.

Albertus Kraśinski Caśtellanus Sieprcenśis ścripśit.

Nicolaus Kosobudzki Notarius Terrestris Płocensis
Stanislaus Meczinski Vicecapitaneus & Causarum Officy Castri Plocensis Iudex
Propria manu scripsit. Ex Actis Castrensibus Płocensibus extractum

A iż Pan Woiewoda Sieradzki Woyaiech Laski do Hemyka Krola obranego pospolu z inszemi był Poslem, y na Protestatya sie też przeciwko Konfœderacyey podpisał, żeby de Religione ipsius Catholica nie była iaka dubietas, (odyż przedtym ab eadem fide Romana Catholica defecerat, y na Konfœdera' cya sie był z Hæretykami podpisał) tedy sie tu necessario z Hoziusza wypiszą trzy Listy. Ieden od hæretykow sub titulo Præcones & Vniuersitas tota Christum profitentium in Polonia Illustri Dño Alberto Laski. Drugi, Eiusdem Responsum ad Literas hæreticorum præcedentes, w ktorym iasnie Heretyckie błędy wylicza y confutuie. Trzeci, Hozyusza samego do tegoż Woiewody Sieradzkiego Laskiego pisany. In quo Refutat Præconum verbi Sathanæ literas quas post Conuersionem eius ad Ecclesiam ad ipsum dederunt.

X

Hosius: in Epla 126 Fol 277

Præcones et Vniuersitas tota Christum profitentium in Polonia, Illustri Domino Alberto Laski

CHristi Iesu Dei viuentis filii Domini & Seruatoris, veram notitiam tibi Alberto Lasko ex animo precamur. Factum est autem, dedisti Romano oscula Pontifici. Hoc illud est, captiuus in Babilonem ductus es. Proch libertatem. Tametsi autem non dubitamus, te facti tui aliquas habere rationes, negamus tamen esse tales, quæ piis & fidelibus Christi Domini seruis satisfaciant: tantum abest, vt coram Deo aliquo loco esse queant. Nempe puduit te defectorum, vidisti multa in Ecclesia Christi scandala, certatim nouas de Christo emersere opiniones, ne dicamus hæreses audiuisti. num ideò in aduersariorum doctrinæ Euangelicæ castra transeundum erat? Minimè gentium. An sic didiasti Christum, vt illum Petram esse scandali nescires? et positum in signum cui contradicatur? Qui nihilominus est lumen reuelationis gentium, & gloria Israëls, quicq dominari debet in medio inimicorum suorum vt illos regat & conterat. Vide quid Eliæ acciderat Prophetæ Domini, quomodo coram Deo Israelem defectionis accusauerit seq relictum solum, qui etiam quæratur ad Supplicium, sed adhuc audit superesse millia virorum septem, qui poplitem non flexerunt coram Baal. Audit etiam punitu iri Israëlem, qui à Deo suo factus est profugus, et Prophetas Domini occiderit. Sic ille præstantissimus Heros Iessides Rex Israëls, Num Dominum pernegat, quod videat Sanctos deficere, & veritatem à filys hominum diminui? Quin potius cum audit vana loquentes, ille Dominum poscit salutem. Et quamuis defectores hi corde loquantur, Serio inquam, rem agant tamen, ne nimium ferociant. Dominus se surrecturu pollicetur, vt inopiæ pauperum opem ferat. Ad eum modum se res in Ecclesia fily Dei habet. Quod etiamsi bestiæ & Propheta, datum est grandia loqui & vincere Sanctos, vt de sanguine illorum ad ebrietatem, nauseam, inquam, potet nihilominus penes agnum victoriam fore, quoniam ille sit Rex Regum & Dominus dominantium, & Bestiam pessum cum Pseudopropheta ituram. Alia verò causa tibi quærenda est, o magnanimè Lasce, quæ quidem in promptu & obuia est. Vnicum exemplum tibi proponimus, sapientissimum Regum omnium Salomonem.

inquam

inquam, Quæ causa illi fuit phana ædificandi & colendi Astharoten, Chamos & Molochum, postquam Templum Deo Israël ædificasset, mandato ipsius? Quæsumus colligè te, & rerum conscientiæ tuæ subduc rationes, & vltimum iam propè instare diem scito, quo viuentes et mortui iudicandi sunt, Domino nostro Iesu Christo venien-te cum virtute multa in gloria Patris sui, cuiq. neq3 mors, neq3 sepulchrum eripi et quenquam, quominus ipsius sistantur Iudicio. Hic iudicaturus est secundum eum sermonem, quem nobis locutus est à Patre suo, non secundum placita aut inuenta ho-minum. Nolumus te diutius detinere, habes multos eiusmodi casus, qui te commodè instruere possunt, quid tibi faciendum sit. Vt Domino Christo lucrifias et reconcilies, Blandiatur quis tibi, Satis est nos tibi, quod verum est, dicere. vale.

Illustris Domini Alberti Lasci responsum, ad Literas hæreticorum præcedentes.

XI.

Hosius Epla 127 Fol: 278

Literas Vras non sine animi consternatione perlegi, Commotus enim sinistra ad-monitione aduersi consilij, non possum non abhorrere tam authores, quam eorum fuca-tas persuasiones. An me rationis expertem, desperatæ conscientiæ, vel leuem arundi-nem ventorum procellis agitatam esse putabitis, vt à profundissimis errorum latebris in manifestissimum lumen veritatis gratia Diuina adductus, rursus in nouas despica-tissimorum hæreticorum sectas, vestris vel aliorum stimulis mè temerè præcipitarem? Non sum quem putatis, neq3 quem inconstantiæ accusetis. Inciderat quidem fateor in atrocissimos falsæ doctrinæ fluctus, detestandamq3 seductorum tempestatem, erra-bam in deserto tenebrarum ouis morbida, persequebatur me luporum rabies ferociss-ima. Sed immensa Summi Pastoris benignitate circumseptus, ad verum & vnicum o-mile humeris eius propriis sum reportatus. Nunc iam cognosco vnum in essentia Deum hypostasibus trinum Patrem vczt Filium & Spiritum Sanctum, sed vnum ὁμοούσιον perfectum Deum. Nunc Christum Iesum æterni Patris filium æternum Pontificem & Sacerdotem perpetuum, secundum Ordinem Melchisedech, excussa omni cæcitatis caligine, syncerè agnosco, credo adoro et inuoco, Ecclesiam Catholicam sanguine eius pretiosissimo dedicatam vnam esse affirmo, quæ vt est Vniuersalis, ita omnia diuini-tatis mysteria in ea sola esse reposita, firmiter teneo, extra quam neq3 salus neq3 re-missio peccatorum hominibus contingere potest. Huic à Christo Vicarius constitutus Romanus præsidet Pontifex. Cui in regenda gubernandaq3 Ecclesia, non minor qua Petro Apostolorum Principi à Deo concessa est authoritas. Minimè igitur mirum esse vobis videatur, si illi in fide lubens obedio, Cuius potestatis imperio Christus ipse parendum mihi præcepit. Oscula verò illa, si tanquam Sacrilegia mihi propon-tis erratis infœlices. Tahis enim et osculo dignus est vero, qui pascit me vitæ pabulo. An non à Christo Ecclesiæ subiecti sumus dignitati? Aut ego contemnerem eos, quos audire iubet his dictis. Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit me spernit. Nolo igitur temerariæ rebellionis stultitia inflammatus spernere Christum in Romano Pontifice, Illum superiorem adoro, hunc tanquam personam eius in terris gerentem fideliter obseruo. Neq3 ea ratione, vt vos somniatis in Babylonicam ductus sum ca-ptiuitatem, imò ruptis vinculis teterrimis pestiferæ hæresis, cuius dira contagione im-plicitus, miseram contaminaueram animam, in lucem veritatis non in castra aduer-sariorum vt vos detorquetis, erumpere festinaui. Sed quæso num is recte alijs consu-lere potest, cuius doctrina inexplicabilibus nefandissimorum errorum sordibus est

deprauata? Nunquid ex corruptissimo & amarissimo fonte dulcis aqua emanabit? Turpe est Doctori cum se redarguit culpa. Vos mihi consulitis qui Christum dereliquistis, Apostolos eiusq3 successores contempsistis. Ecclesiam suam abhorruistis, ex qua vt effrenis potentior vagaretur libido, improuisa & immoderata solutæ carnis licentia, ad quaslibet stupendissimas hæresium opiniones, insolenter vosmetipsos præcipitastis. Ibi iam scandala infinita, ibi dissensiones continuæ, ibi sceleratissimorum hæreticorum impurissimæ Professiones, perpetua de Religione pugna, perpetua miserabilis & afflictæ conscientiæ desperatio. Considerate, quanta sit inter vos sectarum diuersitas, quam authorum numerosa differentia, in Religione impostura in fide blasphemia, in opere incontinentia. Nullus ordo, nullus Status, nulla potestas, nulla dignitas Ecclesiastica, nihil inter vos præter Confusionem video nihil præter dissensionem expertus sum. Cum Deus non sit dissensionis Deus, sed pacis DEVS. Atq3 cum hæc ita sint, innocentis Prophetæ querelas, Salomonem et Iessidem mihi proponere, importunoq3 obscurissimi sensus vestri consilio me tentare & non erubescitis? Paccata est mea conscientia, quieta Religio, tranquilla fides. Et ipsa cum alijs Catholicis vna, vnum Baptisma, vnus Deus, vna Ecclesia, cuius caput est Christus, quæ regitur & gubernatur ductore Spiritu Sancto. Hæc non errat. hæc non desipit, non delirat, firma stat & immobilis, perpetuò durat. Contra hanc Pseudopropheta horrendissimus Antichristus, qui est seductor & autor profligatissimi erroris, miserandaq3 conscientiæ Vræ, cum Bestia quam scribitis, crudelissimas ferocissimæ naturæ suæ vires exercere nititur. hanc impugnare tentat, sed frustra laborat. Quandoquidem est fundata supra firmam petram. Ipsa autem Bestia cum Pseudoprophetis vestris, Spiritu oris Domini in vindicta sui nominis Sanctissimi, Sanctorumq3 eius mirabiliter occidetur. Quamobrem admoneo vos & per Spiritum Dei viuentis obsecro, resipiscite aliquando vestrosq3 errores recognoscite & emendate. Reuertimini ad vnitatem & gremium sanctæ Matris Ecclesiæ cuius vberibus estis nutriti, ne cum seditiosis et blasphemis alijs, quemadmodum Chore, Dathan, & Abyron, viui ad lacus infernales, & tormenta nunquam fienda in momento descendatis. Me verò amplius vestris scriptis ne solliciteris. Nam neque persuasio, neq3 tribulatio, neq3 angustia, neq3 mors acerbissima me à CHRISTO & veritatis acceptæ constantia separabit.

XII. Stanislaus Hosius Cardinalis et Episcopus Varmiensis Alberto Laski Palatino Siradiensi

Hosius Epla 128 Tol. 279

Refutat Præconum Verbi Sathanæ literas, quas post Conuersionem eius ad Ecclesiam ad ipsum dederunt.

Vidi literarum exemplum quas ad Dnoem Vram dederunt Præcones mendaciorum, & particularitas potius, quam Vniuersitas Antichristum profitentium in Polonia. Vidi & responsum Catholico vereq3 pio & magnanimo & apertè CHRISTVM profitente Senatore dignum, simul autem vt legi, quoniam ipse per aduersam valetudinem S.D.N. conuenire non potui, per alium lras illius Sanctitati exhibendas & legendas curaui. Quæ zelum hunc Dnois Vræ, et in fide Christiana tuenda & conseruanda constantiam commendauit plurimum, et est eam sua paterna benedictione prosecuta. Communicandas etiam illas curaui cum nonnullis S.R.E. Cardinalib. qui cum legissent fortem hunc animum D.V. (quæ se nulla serpentis astutia seduci nec vllis rationibus de semel agnita vera fidei doctrina dimoueri patitur) in cælum vsq3 laudibus extulerunt. Quid autem esse potest Sathanæ Ministris istis magis esse

insulsum magisq3 stolidum. Dei notitiam D.V. præcantur, cum tamen quam habuerunt aliquando Dei notitiam, quoad in Ecclesiæ Catholicæ fuerunt vnitate prorsus eam abiecerint, & ex eorum numero facti sunt, de quibus à Paulo scriptum legimus. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati & incredibiles & ad omne opus bonum reprobi. Non alibi quàm in corpore suo, quàm in Ecclesia sua Christus agnoscitur. A quo corpore quicunq3 se disiungit, eius notitiam is assequetur nunquam. Quin etiam si quam habuit, priusquam ab eo se præcideret, amittit eam è vestigio datur in sensum reprobum, proficit in peius in dies errans, et in errores alios se mittens. Quod oculis ipsi nostris illis ipsis euenisse cernimus qui primi vel Isebienſem vel Genenſem Antichristum profiteri in Polonia cæperunt. Quorsum enim prooressi iam sint D.V. non ignorat. Quale autem est hoc, quod crimini dant D.V. quod oscula dederit Romano Pontifici? Crimen est nefarium. Potestatem à Deo constitutam agnoscere, cum tamen aperta sint scripturæ verba, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Quæ si voluntisti de Potestate tantum Saculari intelligi, meminisse debent quod scriptum sit. Potestatibus non potestati, et de vtraq3 locum hunc intelligere oporteat, tam Sæculari quàm Ecclesiastica. Sed est alius locus, qui magis etiam explicat, Obedite Præpositis Vestris, et subiacete eis, ipsi enim pernigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Locus hic manifeste de Potestate Ecclesiastica loquitur. Nam Sæculares nullam in animas Subditorum verum in corpora tantum & fortunas eorum potestatem habet, Animas vero ligandi atq3 soluendi potestas non Regi non Imperatori, Sed Petro & Successoribus eius data est. Ei obedire, ei subiacere iussi sumus. Quin & Magister Pauli Christus, Super Cathedram inquit Moysi sederunt scribæ & Phariſæi, Omnia ergo quæcunq3 dixerint vobis Seruate & facite, secundum vero opera eorum nolite facere. Etiam discolis obedire iubet Christus. Etiamsi non faciunt ipsi, quæ facienda illis præscribunt. Si tantum illis tribui voluit Christus, penes quos vmbra tantum fuit Sacerdotij, quanto magis tribuendum est illis, penes quos est ipsa veritas! Ante Mille trecentos annos S. ille Martyr Cyprianus veriſsimè docuit, quod non alunde Schismata & hæreses ortæ sunt, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, dum Episcopus qui vnus est & Ecclesiæ præest, superbæ quorundam præsumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur. Cui si secundum magisteria diuina fraternitas obtemperaret vniuersa, nemo dissidio vnitatis CHRISTI Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens, seorsim nouam hæresim conderet. Hyeronimus quoq3 salutem Ecclesiæ dicit, à Summi Sacerdotis dignitate pendere, cui si non exors quædam, et ab omnibus eminens detur potestas, tot in Ecclesia efficerentur Schismata, quot sunt sacerdotes. Quam autem vera sint, quæ scribuntur à S. Patribus istis, ipsa res gestæ nostri temporis abunde nobis declarant. Iam enim non tantum in priscorum libris legimus, verum & nostris oculis ipsi cernimus, quod vbicunq3 discessum est ab obedientia Sanctæ Sedis Romanæ, ibi tot Schismata, tot sunt hæreses, vt earum vix numerum inire liceat. Cum & illud veriſsimè dictum sit ab Augustino. Quod in Cathedra vnitatis posuit Deus doctrinam veritatis. Extra Cathedram hanc vnitatis, doctrina veritatis potest esse nulla, quod ex mutuis hæreticorum dissidijs planum & perspicuum sit omnibus. Qui quoniam Cathedram vnitatis deseruerunt, doctrinam quoq3 veritatis amiserunt, et sunt suo ipsorum Iudicio condemnati, dum altera pars alteram hæreticam pronuntiat.

et è concione sua eycit. Nos est ferè quisquam ex ijs, quos vocant Superintendentes, qui non velit in suo Cœtu Papam agere. Quin hoc de nonnullis queritur Philippus Melanthon, quos vocat mirabile genus hominum, nec recte cum eis agi, qđ quam posse dicit, quod suo arbitrio damnant quidlibet, neq3 personis auditis, neq3 rebus dijudicatis: cogunt consilia quando, & vbi ipsis placet, et vendicant inquit, sibi, maiorem magisq3 intolerabilem, ac minus excusabilem auctoritatem & potestatem, quam Papa Romanus vnquam, quæ quorsum tandem euasura videantur cogitetur, inquit, Paulo autem ante in Anarchiam euasisse dicit, et quidem verissimè. Nam qui Papistæ primum ijdem & Cæsaristæ, postea & Registæ dici nolu-erunt: quin contra legittimam potestatem à Deo sibi datam, arma parracichialia sumpserunt. Qvid factum sit in Germania Dnóó Vrá non ignorat. Recentius aut exemplum in Gallia videre licuit, vbi quo iure Pontificis, eodem & Christianissimi Regis iugum excussum est. Et qui sibi potestatem arrogauerunt, Episcopos aut Superintendentes creandi (quos à Regibus nominari, a S. vero Sede Aplcá confirmari consuetum est) ijdem superstite Rege, cui Iusiurandi Religione fuerant obstricti, Regem alium sibi elegerunt, ei Ludouici XIII nomen imposuerunt, sicut no multo ante Cathedram contra Cathedram sic postea Solium contra Solium constituerunt, & sceptrum contra Sceptrum erexerunt. Non dissimilia quædam de Scotia, deq3 Germania inferiore procul dubio audiuit D. Vrā. Hi sunt fructus eius doctrinæ, quam isti belli mendaciorum præcones D. Vræ obtrudere conantur. qui si propterea nolunt Ecclesiæ caput Pontificem agnoscere, quod eius caput citra vllam dubitationem Christus est, etiam Regni caput eodem iure possunt non agnoscere; quando quidem & Regni cuiusq3 caput Christus est. Et ausus est quidam vt audio, annis abhinc fortasse quatuor, cum de superiore loco Lublini concionem haberet, ad populum aperte dicere: Non habemus Regem nisi qui pro nobis Crucifixus et Spinis coronatus est. Quamobrem probatur mihi Philippi sententia, qui Lutheranorum pernicatiam, non alio quam ad Anarchiam spectare dixit. Quod vtinam acurratius Principes expenderent, et impiorum istorum conatus tanto maiori studio refutarent. Videat autem quorsum apud istos homines res recideriit. Virtus apud illos probro datur, sceleri virtutis nomen tribuitur. Si quem conuicio maximo volunt affectum Papistam vocant. Quid est autem esse Papistam & oscula dare Pontifici, quam eam, quam debes fidem & subiectionem à Deo constitutæ potestati præstare? Scilicet hoc ingens flagitium est retinere fidem erga Principem, subiectum illi esse velle. Et quod est officij tui præstare. Ego vero D. Vram satis laudare non possum, quæ rescribens istorum ineptys, non modo non erubuit, cum oscula Pontifici dedisse diceretur, verum etiam id præ se tulit, et inuenti se honore affectam interpretata est, cum ad existimationem cuiusq3 nihil possit esse magis amplum & illustre, quam à Deo constitutæ potestati debet fidem & subiectionem eam perpetuo præstare. Contra nihil magis ignominiosum & infame, quam ab ea subiectione discedere. Videntur Præcones isti ex eorum esse numero, quibus væ sempiternum comminatus est Propheta dicens, Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Iam quod obijciunt insulsi isti D. Vram in Babylonem captiuum esse ductum, et cum quadam exclamatione, quasi libertatem amiserit, vicem illius deplorant. Quæ nam est istorum hominum amentia & vecordia! qui Babilonem esse dicunt, vbi dum vnus in Ecclesia Dei vice CHRISTI iudex agnoscitur, veritas & vnitas doctrinæ retinetur, et summa dogmatum omnium est consensio. Quod & in Italia, & in Hispania, & in Portugalia, & in omnibus

illis

illis, Regnis et Populis, vbi sub Christo capite caput Ecclesiæ Pontifex Roma-
nus agnoscitur videre licet. Cum illa potius Babilon dicimeretur, in qua tanta
est linguarum confusio tanta doctrinæ varietas in qua sic per superbos homines
inter quos semper sunt iurgia, diuisæ sunt linguæ, quæ fuerunt per humiles Apo-
stolos congregatæ, vt inuicem se non intelligant, & inuicem sibi sint hæretici Num
autem hæc non est vera Babylonica confusio? Quod autem nostro cœtui nomen
magis quadrat, quam vt Hierusalem dicatur, quæ ædificatur vt Ciuitas cu-
ius participatio in idipsum. Idipsum apud nos sentiunt omnes, idipsum dicunt,
idem sapiunt omnes, & est in diuersitate linguarum carnis vna lingua in fide
cordis. Quam vnam linguam isti nunquam habere poterunt, nisi prius monen-
tem Prophetam audierint. Exite de medio Babyloms & rechenint ad Hieru
salem nostram, à qua Sacrilega separatione se præciderunt. Egregiam verò quam
isti prædicant libertatem nullam agnoscere legitimam potestatem. Quod vbi sit ibi
non potest esse nisi Babylonica quædam rerum confusio. Quod etiam ipsi iam a-
gnoscere videntur quando Scandalorum quæ sunt apud illos exorta meminerunt:
Cum subinde de Christo opinones quædam emergerent, quas ipsi tamen hæreses
adhuc vocare non audent. Cuius generis sint isti Præcones, nescio, nec enim eorum
nomina scripta vidi, vt ex illis, quam Sectam profiteantur cognoscere possem. Sed
quantum assequi coniectura licet Geneuen' Antichristum confiteri videntur, qui
mendacij Christum arguit. Quod cum accepisset panem dixerit. Hoc est corpus me
um et accepto Calice Hic est sanguis meus Sed ego non video quo iure damna-
re possent alios, si longius aliquanto progressi sunt à Caluini vel Zuinolij dogma-
te, cum etiam ipsum Caluinum longius progressum esse constet, quam Præcepto-
rem suum Lutherum. Quem aut rudimenta suæ Sectæ posuisse viamq; sibi com-
monstrasse. Sed interim eum esse præpostero quodam ingenio scribit, qui rectam
ingressus viam, simul ac demonstrator iter suum deflexit vltra progredi recu-
sat. Noluit esse præpostero quodam ingenio Caluinus, vt quam sibi viam Luthe-
rus commonstrauit, in ea pertinaciter hæreret, nec vltenus progredi vellet. Cur,
quod ipse probari vult in se, non probet similiter in suis discipulis Anabaptistis
Tridentistis, aut quibuscunq; tandem alijs nominibus vocentur? quod et ipsi postea
quam demonstrator iter deflexit, noluerunt in eodem luto pedem obstinate figere
Sed vltenus progressi sunt. Si licuit eorum Patriarchæ Luthero totum Papatum,
hoc est Christianismum vniuersum totam Ecclesiam Catholicam errorum condem-
nare, ac nouam & hactenus inauditam in Ecclesia Dei doctrinam excogitare
Si licuit Caluino quoq; non in omnibus Lutheri doctrinam recipere, sed aliquod no-
uum doctrinæ genus commiscri, quod cum Lutheri sententia minimè conueniret
Cur non licuerit idem & Anabaptistis & Tridentistis? quando quidem non omnia soli
Luthero, vel Caluino sunt reuelata, vt in certis doctrinæ capitibus longius etiam
progrederentur. Bernardinum Ochinum nouit procul dubio Dominatio Vestra
qui cum in Polonia fuisset aliquandiu ante tres aut quatuor annos mortuus est
in Morauia. Scripsit is duos de Sancta Trinitate Dialogos, in quorum altero non
esse nefas contendit, Ecclesiæ de adoranda Trinitate doctrinam in disputationem
vocare. Non negabis, inquit, expediuisse tempore tuo disquiri, sit nec ne Christi
Corpus in pane & sanguis in vino, quamuis & esse et adorari debere Concilia
per errorem decreuissent. Et quoniam in Trinitate usu venire idem potest,
(nimirum quod errarit in illa asserenda Ecclesia vniuersa) expedit negotium ex
plorare. Equidem non video quo iure possint aut Lutheristæ aut Caluinistæ

reprehendere vel Anabaptistas vel Trideistas, vel quoscunq3 tandem alios pestilentissimos hæreticos, si ipsorum exemplo longius aliquanto, quam aut Lutherus aut Caluinus processerunt. Præclarè dictum est à Ioanne Chrisosthomo. Quod imitys tantum opus sit Diabolo, quando semel initium factum est separationis ab Ecclesia Dei maior in dies fit progressio, subinde Sathan instigat, plus vltra, plus vltra donec eo perueniatur, vt dicat insipiens in corde suo Non est Deus, perfectio Lutheranismi, Trideismus est & Atheismus. Perinde verò causam suam agunt isti præcones mendacij quasi persuadere velint, CHRISTVM hactenus ORTVM, qui sempiterna veritas est, arguere mendacij! qui dixit. Ego vobiscum sum vsq3 ad consumationem Sæculi. Mittam vobis Spiritum veritatis, qui doceat vos & maneat vobiscum in æternum. Scilicet qui solus verax est Deus, quin ipsa veritas id quod promisit, nobis non præstitit! Estne quisquam sic ab omni mente desertus, sic ab omni Christiana pietate remotus, vt id credere animum inducere queat? Sed videntur isti de illo hominum genere esse de quo scribit Apostolus, Quod alium Christum prædicant, quem non prædicauerunt Nobis Apostoli, nec eorum successores ex quo tempore Christi recepit Euangelium Polonia, totis iam sexcentis annis, & alium spiritum acceperunt, quem non accepimus, neq3 maiores nostri, nimirum Spiritum mendacij, non veritatis, & aliud Euangelium quod non recepimus nos, nec vnquam in Polonia fuit antea prædicatum, tales Christus qualem ipsi prædicant, tale Euangelium, fateor, quod non modo in Polonia verum etiam Orbe toto Christiano semper fuit incognitum. Est CHRISTVS nobis petra scandali, sed quibus? Istis ipsis, qui scribunt hæc, Præconibus, quibus positus est in signum cui contradicunt, cum nobis lumen sit in reuelationem Gentium, & gloriam Plebis Israel, & dominetur, ac deinceps etiam perpetuo sit dominaturus in medio inimicorum suorum, siue sint ij Lutheristæ, siue Caluinistæ, siue quodcunq3 nomen aliud illis tribuatur. CHRISTVS & caput est & corpus. Corpus autem eius est Ecclesia, quæ cum capite suo Christus vnus est, nec vnquam vel ille ab ipsa vel ipsa ab illo separatur. Nec solum is contradicit CHRISTO, qui vel de diuinitate, vel de humanitate eius male sentit, et contra manifestæ scripturæ verba venire non dubitat. Verum et is contradicit Christo, qui corpori eius Ecclesiæ, quæ cum capite suo Christus vnus est contradicit: qui dicto audiens illi non est, cum ipse CHRISTVS dixerit. Qui non audierit Ecclesiam, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. qui diuersam scripturæ sensum adfert ab eo, qui fuit hactenus in Ecclesia receptus, cum non in legendo, sed in intelligendo scripturæ consistant. In quem autem hæc quadrant melius, quam præcones istos, qui si de Christo secus etiam non docerent, tamen vel ob hanc ipsam causam, quod corpus eius quod Ecclesiam eius non audiunt, quod ab ea sacrilega quadam separatione se disiungunt, & contrarium ei, quem in illa sumus edocti scripturarum sensum adferunt, contradicunt Christo, et eis reuera CHRISTVS positus est in ruinam & in signum cui contradicitur, vt quidvis potius quam Christiani dici mereantur. Sed me piget iam inieptiarum istarum, quas in suis ad D. Vram particularitas ista Antichristum Geneuensem profitentium, litens profert, quas certè præclarè videtur D. V. refutasse. Cui gratulor hunc animum tam fortem & constantem, simul Deum precor, vt confirmet hoc q̃ operatus est in illa. Neq3 minus illi gratulor quod in istis proximis superioribus Comitys, in quibus de Christo ex Polonia exterminando, et in illum locum Antichristo Geneuen' recipiendo multum à nonnullis fuit laboratum, vere se virum in tuenda fide Christiana præstiterit, pro Domo Dei murum opposuerit, & vna cum alijs viris & ipsis fortibus effecerit, vt ne quis Antichristo Geneuen' locus in Polonia daretur. Non oblitiscetur Deus, optime Senator, huius operis tui tam boni. Est in cœlo merces tibi

reposita

reposita copiosa. Sed et in terris omni genere benedictionis te Deus replebit, vt ex hac tua erga illum pietate, maiorem in dies capias voluptatem. Tu modo perge quemadmodum cœpisti Christi Corpus Ecclesiam contra inimicos Crucis Christi fortiter defendere. Et quæ tibi Deus talenta contulit, ad sui nominis gloriã et Christi Corporis Ecclesiæ propugnationem illis vti non intermittas. Quamobrem vt quæ tibi gratiæ suæ dona liberaliter est largitus, ea maiore in dies accessione locupletare, quo maiore cum fructu nostræ de te expectationi satisfacere queas, simul in multos annos incolumem te seruare Deus velit, supplex misericordiam ipsius implorare non intermittam. Quod superest, quidquid officij & obsequij præstare tibi potero, hoc tibi de me certò persuadeas, quod nullam eius rei occasionem prudens prætermittam. Nam istud animi tui robur istam tuam in fide Christiana tuenda constantiam, & zelum quendam ardentem non possum non amare vehementer & exosculari. Datum Romæ 14 Octobris Anno M.DLXX

Stanislaus Hosius Cardinalis et Episcopus Varmien. Henrico Regi Poloniæ

XIII.

Gratulatur quod se verè pium & Catholicum Regem, Fuldæ cum esset, declarauit

Mitto Maiestati Vestræ exemplum literarum, quæ scriptæ sunt in hanc Vrbem de eo, qualem se gesserit, Maiestas Vestra cum Fuldæ fuisset, erga Deum in proximis superioribus Christi festis Natalicijs. Quas ego cum legerem, incredibili quadam lætitia sum affectus. Nam videre mihi videbar, quasi reuiuiscentem in Maiestate Vrã virum illum insigni pietate Sigismundum primum Polonia Regem, qui & ipse magna cum Religione cum alios omnes festos dies, tum illos præcetens obseruabat, quibus et incarnationis et Passionis & Resurrectionis Christi beneficia nobis mater Ecclesia repræsentat, ad cuius exemplum tota se Polonia componebat, cum se non magis admirandum, quam imitandum subiecto sibi populo proposuisset. Florebat eo regnante religio, florebat non vulgaris erga Deum deuotio, nullus tum erat in Polonia fidium ludus, nullus in societate Christi Belial admittebatur, nullus patrijs etiam legibus prohibita Conventicula seorsim à Rege suo et ab Episcopis faciebat: sed vnanimes in vno & eodem templo vno ore glorificabant, & adorabant omnes vnum Deum Deiq3 filium D.N. Iesum Christum. Integrum fuit illo tempore corpus eius Sacrosanctum, nec vllas in partes diuisum, quod nunc proch dolor, mirandum et miserandum in modum in tot abominabiles adeo sectas dissectum videmus quodq3 magis etiam est admirandum, quoad vel vmbra tantum superabat sancti Regis illius, qui fuit norma quædam pietatis & religionis in Regno suo, qui sepalam hæreticum profiteretur, dicataq3 soli Deo templa suis Idolis colendis, & prauis opinionum commentis in vulgus spargendis prophanare auderet, nullus tum repeniebatur. Tanto vel vmbra illius terrori fuit Christi perduellibus hæreticis, qui quamuis non defuerunt fortasse nonnulli, verum hi pauci, tamen quoad ille saltem spirabat in terris, nunquam eo audaciæ sunt progressi, vt in Religione palam aliquid innouarent. An autem hæc non est singularis Dei virtus & potentia, quod cum ille pientissimus Rex, vno vel altero anno, antequam è

diuersorio sui corporis in cælestem illam domum migrasset, nihil aliud ferè quam cadauer quoddam esse videretur, tamen continuit in officio religioneq3 suos subditos, sola quadam umbra sua. Quanto magis id facere potent Maiestas Tua quæ tot præclaras victorias atq3 triumphos, dum vix dum ex ephœbis egressa prælia Dom'i præliaretur, de Christi perduellibus hæreticis reportauit, quib9 magnam de se Christiani totius Orbis expectationem concitauit, & nomen sum immortalitati consecrauit. Si potuit ille propè mortuus iam, quanto magis poterit Vrā Mtās in hac florenti ætate sua, vimdaq3 virtute, modò parem, vt ille fiduciam in Deo defixam habeat, nec illos audire velit, qui ruiturum esse cælum persuadere fortassis conabuntur, si Christum apertè coram hominibus confessa fuerit. Ego verò magnam in spem ex jis erectus sum quæ Fuldæ per Mtatem Vrām gesta sunt, reditura iam illa tempora quæ fuerunt sub illo Sancto Rege Sigismundo primo: quem sibi Mtās Vrā magna cum sua laude proposuit imitandum, nec vllam deinceps partem Principem Dæmoniorum Beelzebub in Regno Mtatis Vræ sibi vendicaturum. Quam spem nostram vt confirmare velit, supplex Dei misericordiam imploro: nec mihi quicquam est longius, quam diem illum videre quo nobis renuncietur Maiestatem Vram in sua fœlici Coronatione Christum apertè confessam fuisse, nec illorum insanis clamoribus aures suas accomodasse, qui vel Islebiensem vel Geneuensem, vel quemcunq3 tandem alium Antichrystum, in eius societatem vt admitteret, summa contentione flagitaturi ferebantur. Cum autem in calce literarum illam particulam legerem in qua scribitur, Mtatem Vram promisisse, quod societatem IESV commendatissimam esset habitura, tum verò multò magis exultabam gaudio. Nam certò mihi promittebam, qui sunt per hædos meos Elbingenses ex Ciuitate M.V. quæ Iurisdictionis est meæ Ecclesiasticæ eiecti, magna cum ignominia duobus lictoribus comitantibus cum fuissent in ea ad propagandum Christi Euangelium per me collocati, futurum vt jj non solum restituerentur cum honore, verum etiam per quos hoc tantum scelus Interregno durante patratum fuit, in eos exemplum aliquod ederetur, vt qui pro Christo Antichristum prædicant Islebiensem, jj procul è Ciuitate Mtatis Vræ facessere iuberentur. Quod vt ita fieri Mtās Vrā curet, supplex ab ea peto. Videat autem per Deum immortalem quale sit hoc? Ciuitas Vestræ Mtti subdita quæ semel Islebiensem Antichristum pro Christo prædicandum & adorandum susceperit, non patitur, vt in ea Christus annuncietur, & fideles eius ministros plusq3 tyrannica potestate non è sua, verum ex Vræ Mtatis Ciuitate proscribit, et interea petitur à Mtate Vrā, quo velit ipsa pati, vt in Christi societatem Antichristus aliquis in Regno Vræ Mtti subiecto potestati, admittatur. Quanti suam Regniq3 sui salutem facit Mtās Vrā, tantum det operam, vt se virum præstet in hæreticorum nefarijs & impijs conatibus refutandis, nec præter vnum Deum sibi quenquam esse putet extimescendum, quem fortiorem esse non dubitet, quam mille millia legionum Diabolorum omnium, cum præsertim habeat adhuc in Regno suo Mtās Vrā non septem tantum, verum plus quam Septuaginta septem millia quæ non curuarunt genua ante Baal. Quodsi virum se præstiterit in Christi Rehowne tuenda, certo sibi de misericordia Dei polliceri poterit quod sicut nunquam satis laudatum illum Sigismundum primum Poloniæ Regem sic & Mtatem Vram omni felicitatis genere cumulabit. Vix enim quisquā hoc nostro Sæculo, quam ille, fœlicius atq3 diutius imperauit, tot memorabilib9 victorijs de Moschis, de Thartaris, de Valachis, deq3 alijs omnibus, quotquot

eum

eum ausi fuerunt armis provocare, clarus, qui cum piè manſuetè iuſtè prudenter etiam Regno ſuo 42 annis præfuiſſet, & per omne vitæ ſuæ tempus in omnium amore delitijsq3 fuiſſet, ad annum vſq3 ſuæ ætatis 82 peruenit, rebus multis fortiter et fœliciter domi forisq3 geſtis, tandem in Chriſto obdormiuit, magno ſui omnibus deſiderio relicto. Quam ad ætatem Mtatem Vrām pari cum fœlicitate peruenturam in Domino confido, ſi Sanctum illum Regem ſibi propoſuerit imitandum. Quam vt ſpem noſtram firmam & gratam eſſe velit, vt videamus in Regno Mtatis Vræ terram vnius labij & eorundem ſermonum, et multitudinis credentium cor vnum & animam vnam, vt quæ poſt Sigiſmundi primi mortem ædificari cæpta eſt Babylon, in qua tanta eſt linguarum confuſsio, deſtructam, et in eius locum, qualis fuit eodem imperante Hierusalem Ciuitatem, cuius participatio in idipſum denuò conſtructam cernamus, Dei miſericordiam ſupplices hic implorauimus ad Sanctorum Apoſtolorum & Martyrum thecas ſexto abhinc die, quo Veſtra Maieſtas Cracouiam ingreſsura ferebatur. Et accidit quod eo ipſo die primus Pſalmus in horis noſtris Canonicis occurrebat, quem Rex Dauid priuſquam vngeretur in Regem recitaſſe narratur, quod à Vrā Mtate quoq3 priuſquā vngeretur, quæ pietas illius eſt & Religio, factum eſſe puto, Dominus illuminatio mea et ſalus mea, quem timebo! Dominus Protector vitæ meæ à quo trepidabo! Dum appropiant ſuper me nocentes vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei infirmati ſunt, & ceciderunt. Si conſiſtant aduerſum me Caſtra, non timebit cor meum, Si exurgat aduerſus me prælium in hoc ego ſperabo. Vnam petij à Domino hanc requiram, vt inhabitem in Domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ. Quæ cum ego verba recitarem, venit mihi in mentem Vræ Maieſtatis, neq3 videbam cui magis quam illi competere poſſet, Nam reuera nocentes illi, de quibus loquitur Sanctus ille Rex et Propheta, inimici illi qui tribulant Maieſtatem Vrām, qui appropiant, vt edant carnes Maieſtatis Vræ non alij ſunt, quam hæretici. Hos igitur Sanctus ille Propheta infirmatos eſſe dicit & ceciſſe. Magnam ea verba conſolationem mihi attulerunt, nec enim aliud mihi perſuadere poſſum, quam quod euenit iam, quod Sanctus ille Rex euenturum prædixit, quod infirmati ſunt, quod ceciderunt homines illi nocentiſsimi, qui appropriarunt ad Maieſtatem Veſtram, vt ederent carnes illius, vt diuiderent carnes illius, vt diuiderent Regnum illius, vt laceraverent Sanctum Chriſti Corpus, quod ille ſanguine ſuo redemit, vnam ſanctam Catholicam Apoſtolicam Eccleſiam. Quam vnam rem petijt à Domino Maieſtas Vrā, quam tanto ſtudio ſemper requiſiuit, vt inhabitaret in Domo Domini, hoc eſt in Eccleſia Dei, quam Domum Dei viui vocat Apoſtolus, omnibus diebus vitæ ſuæ, vt videret voluntatem Domini, & viſitaret templum eius, eam iam et ſuis, et piorum multorum precibus eſt procul dubio conſequuta. Quoniam abſcondit Maieſtatem Vrām Dominus in tabernaculo ſuo, in die malorum protexit Maieſtatem Vrām in abſcondito tabernaculi ſui. In Petra exaltauit Maieſtatem Vrām, et nunc exaltauit caput eius ſuper inimicos eius, qui ſunt ijdem Chriſti Hæretici. Mirum eſt quantam in ſpem hæc me verba ſancti Dauidis erexerunt, quantam animo meo confidentiam attulerunt, quod exaudiuit iam Supplicum Præces Deus, quod ardentis noſtri deſiderij nos compotes fecit. Cum hæc ſcripſiſſem reddite mihi ſunt Maieſtatis Vræ lræ, quibus meis reſpondet, quas ad Mtatem Vrām Octobri Menſe dederam, eas ego qua par eſt reuerentia accepi Quoniam verò temporis angustijs excludor, ad proximum Sabbatum reſponſum diffene cogor. Nunc nihil aliud, quam iterum Supplex Deum precor vt Corona-

tionem hanc quam esse factam existimo, cum ipsi Maiestati tum Regno illius & vniuersæ Ecclesiæ, faustam fœlicam & fortunatam esse velit. Cuius gratiæ, clementiæ, protectionique Regiæ, qua summa possum animi mei submissione, me & Ecclesiam meam diligenter commendo. Datum Romæ XIII Februarij.

XIV.

EXAMEN SIVE EXCVSSIO ARticuli Confœderationis Sereniſsimo Herico Poloniæ Regi per Hæreticos ad approbandum propoſiti

PER

STANISLAVM HOSIVM CARD. VARMIEN.

SImplex est veritatis Oratio, ab ea qui semel aberrauerunt longis anfractibus eorum sermo circumscribitur. Nec sententiam suam satis explicant, vt quid sibi velint non satis intelligas. Nec verò mirandum id est, quando quidem nihil est eo verius quod à veritate dictum est. Omnis qui malè agit odit lucem, et non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: qui autem facit veritatem venit ad lucem, vt manifestentur opera eius quia in Deo sunt facta. Qui diligenter excussent verba Confœderationis, aduersus Dominum et aduersus Christum eius facta, suis ipse cernet oculis quod à quibus ea conscripta fuit. ij lucem oderunt, nec opera sua manifestari voluerunt, quandoquidem non in Deo facta sunt: Sed longis quibusdam ambagibus vtuntur neq; sententiam suam satis explicant. Excutiamus igitur eorum verba. Qui sumus aiunt dissidentes in Religione pacem inter nos conseruabimus. Hæc verba si quis tolleranda putaret, stultum tamen est ibi pacem sperare vbi dissidia non submouentur abeo qui cum potestate versatur: cum in vnitate, non in dissidio pax conseruetur: & hac potissimum de causa Rex vnus eligatur, vt ne dissidia permittat, et si quæ iam exorta sunt, ea primo quoq; tempore tollenda curet. Nullum autem pernitiosius dissidium est quam Religionis. Hoc igitur vt submoueri possit, propterea legittima potestas tam Ecclesiastica quam Ciuilis est à Deo constituta, vt illa de causa dissidij cognoscat, et eos qui dissidij fuerunt auctores, gladio spirituali feriat, hæc verò materialem quoq; gladium in eos stringat, vt sit vindex in iram ei, qui malum ait nec esse patiatur in Regno suo, nisi vnam fidem, cum verissimè dictum sit à quodam Sancto Patre. Quicquid est extra vnam fidem non fides sed perfidia est. Perfidiam autem à Regno suo Rex propulsare tenetur, nec vnquam sibi persuadere patiatur, quod qui Deo non seruat, à Deo constitutæ Potestati fidem sit seruaturus, quod etiam suo periculo iam in Gallijs didicit, vt aliunde exempla petere necesse non sit: sed expendamus reliqua. Rationes enim adferunt, in quibus pacem conseruari posse sperant. Neq; propter diuersitatem aiunt fidei, aut mutationem in templis sanguinem effundemus, aut pœnis afficiemus, siue confiscatione bonorum, ademptione honoris, carceribus & exilio. Quales autem sunt istæ ambages, qui circuitus, cur non explicant quod volunt? Sed verè dixit veritas. Qui malè agit odit lucem, quis nescit, quod priuato nemini licet sanguinem alicuius effundere, aut quibuscunq; tandem pœnis aliquem afficere cum eiusmodi potestatem par in parem non habeat, & hæc verba nihil ad institutum habere videantur. Sed conscij sibi se male agere, non audent statim ad lucem

venire

venire ne manifestentur opera eorum, coguntur autem tandem cornua prodere
Quamobrem paulo post ita loquuntur. Neq3 superioritati vlli aut Magistratui
ad talem progressum vlla ratione adiumento erimus, quin potius si quis sangui-
nem effundere velit ex ista causa nos opponere debebimus omnes. Iam tan-
dem caput exerunt, & quod pridem præmebant, præmere iam incipiunt neq3
tandem adhuc satis explicant. Quid enim opus erat isto verborum circuitu supe-
rioritati? magistratui? Cur non aperte dicunt? Non permittemus vt Rex hæ
reticos iuxta patrias Constitutiones arceat, vt constitutas aduersus illos pœnas pse-
quatur, aut vt impediat, quominus libere nobis fidei Christianæ Nuncium re
mittere & perfidiam vel Augustanam vel Geneuensem vel quamcunq3 tandem
aliam amplecti liceat. Sed qui male agit odit lucem, sunt sibi conscij se male agere
cum qui potestati resistit Dei Ordinationi resistat. Itaq3 non audent vllam Regis
facere mentionem, sed superioritati aiunt & magistratui, quæ et ipsa verba pos-
sunt sanum aliquem intellectum recipere; nam durante Interregno, non erat à ra-
tione prorsus alienum, si tale quid constitueretur, vt inter dissidentes de religio-
ne pacis aliqua species conseruari posset, saltem eo vsq3 dum Rex electus esset
penes quem potestas esset futura de religione dissidentes ad pacem & concordiam
quibuscunq3 tandem iustis rationibus adducendi. Sed longè fuit eorum alia mens
quam tamen scelens magnitudine deterriti, non audebant in apertum proferre. Re
gem enim intelligunt procul dubio, etiamsi nomen eius non enuncient Illi volunt
vt se opponant omnes, quoties ille conatus fuerit, patrias leges aduersus hæreticos
in quas iurauit executioni debitæ mandare. An autem hæc non coniuratio pot-
ius aduersus Principem, quam Confœderatio dicenda est? an hoc non est illi Regia
potestatem adimere, et quem à Deo sibi habet traditum gladium vt sit vindex
in iram ei, qui malè agit, eum ipsi per summum scelus eripere? et sibi ipsis vendi-
care? Scripsit ante annos plus minus vndecim, Polonus quidam eques Stanisla-
us Orichouius vir doctus & eloquens, libellum quendam, cui nomen dedit Chime-
ræ. Nunc in lucem prodyt ista Chimera. Pomit in eo verba Stancari cuiusdam
qui propter scelera sua profugus ex mantua pro magno Propheta fuit à quibusda
habitus, & cuius rei me vehementer pudet, hominis tam scelerati & indocti, ad-
dam verbum, Dei verbum esse persuasum haberent. Is (quæ fuit temporum
illorum licentia) non est veritus Regem in Christo proximè defunctum, quem
Christianum, Catholicum, orthodoxum ad extremum vsq3 vitæ suæ diem fuisse
constat, pluribus verbis hortari, vt reiecta fide Christiana, quam à sanctis maio-
ribus nostris per longam Episcoporum & Sacerdotum successionem per manus no-
bis traditam accepimus, nouam quandam Religionem institui vellet, quem ys ver-
bis allocutus est. Quod si Maiestas Tua hoc Sacrosanctum & necessarium officiu
neglexerit, Nobiles tui qui & ipsi gladium gestant, auctoritate Diuina tenentur
& debent Sathanæ, & eius Religioni valedicere, atq3 Christo & verbo eius se
totos consecrare. Qui Stancarum istum per hos annos aluerunt, obscurum non est.
Mirum in Confœderationis vel coniurationis huius potius ille auctor fuerit, & for-
mulam eius ipse conscripserit, in qua videntur armari Nobiles contra Regem
vt nisi fecerit eorum imperata, nisi quam is aperte profitetur Christianam fide
euerterit, et aliam in eius locum perfidiam introduci passus fuerit, ipsi gladium
suum stringant, & contra Regem & Religionem eius, quæ eadem est totius po-
puli Christiani. Est autem hoc Regiam Maiestatem agnoscere, et non pulusculo
potius (quod aiunt) eam sublatam velle. Quod si tale quid etiam indicta causa

Rex designaret, quale metuunt isti qui sibi conscij sunt quod sint hæretici, & ob hoc omni genere suppliciorum digni, quam etiam ob causam omnes rationes quibus ea possint effugere, quærunt, ferenda tamen esset potius à Deo constituta potestas, etiamsi quid peccaret, etiamsi minus exactè iuris omnem formulam obseruaret, quam vt statim aduersus eam omnes insurgerent. Nunc isti qui sæpe pelli metuunt, quamlibet iustè Rex, quod iustum est exequi vellet ne tamen id ei facere, neue leges illi Patrias, in quas iurauit executioni mandare liceret sibi cauendum esse putauerunt. Addunt enim hæc verba. Etiamsi quis hocipsum prætextu decreti, aut aliquo iudiciali processu attentare vellet. Qui malè agit odit lucem non dicunt si Rex, sed si quis, non audent Regem nominare, Sciunt enim quod graue hoc scelus sit, minimèq3 ferendum. Quis autem est ille, qui decreta in causa capitali ferre possit, nisi Rex? Huic igitur se opponere, contra hunc insurgere, se velle coniurant. Quid autem est rebellem esse Regi, si hoc non est? etiamsi Rex aiunt causæ dicendæ potestatem reo faciat, etiamsi legittimo processu vtatur, etiamsi iuris & iudiciorum formam omnem obseruet, nec eorum quicquam prætermittat, quæ ad iustè, quod iustum est exequendum pertinere videntur: opponant se nihilominus, omnes insurgant omnes aduersum potestatem à Deo datam, ordinationi Dei resistat, gladium (quem eis stringere non licet, nisi iussu Regis, nisi permissu legitimæ potestatis) contra potestatem ipsam stringant, quoties illa conata fuerit patrias leges, in quas iurauit exequi vel phibere, quominus Christi nomen impunè blasphemetur, quominus secta pernitiosa intromittantur, quominus Christi Corpus Ecclesia multas in partes dissecetur. An autem quod istos nunc facere videmus, non idem fecerant olim etiam illi Principes, de quibus Propheta scripserat. Quod conuenerant in vnum aduersus Dominum, et aduersus Christum eius. Dirumpamus aiebant vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Horum exemplo nunc isti quoq3 vincula, quibus alligati sunt per Regem & Legem, immò per ipsum Regem Regum qui voluit, vt omnis anima potestati tanquam à Deo constitutæ subdita foret, ea dirumpere iugum, quo sunt illi deuincti proijcere conantur à se, quod q3 pridem de Papatu fecerunt, cuius vincula diruperunt, cuius iugum proiecerunt. Idem nunc de Regia potestate facere conantur, nec id sine scriptura. Nam vbi scriptum est, quod Sacerdotes sumus omnes, ibidem scriptum est, quod Reges quoq3 sumus omnes, verum de his satis, nunc ea quæ sequuntur videamus. Per hanc aiunt Confœderationem (aduersus Dominum & aduersus Christum eius factam) superioritati Dominorum in Subditos nihil derogamus. Quos autem Dominos hic intelligi volunt, procul dubio non alios quam seipsos, qui licet esse Regi subiecti videantur, tamen et ipsi suos homines habent sibi subiectos, Regiæ potestati præter nudum nomen vix quicquam concessum esse: sua verò, quæ Regia est multò inferior, nihil prorsus derogatum cupiunt. Sic enim loquuntur: Si eiusmodi licentia, sub prætextu religionis alicubi exoriatur, tunc tanquam sibi non obedientem subditum, liberum erit vnicuiq3 Domino secundum quod illi videbitur punire. An autem vis verbis quem Regi gladium eripiunt, eum sibi ipsis non arrogant! cum tamen gladij stringendi ius, nisi quatenus illis à Rege permittitur, habeant nullum. Omnem Regiam potestatem à Rege transferunt in se, sed quid dico Regiam, imò plusquam tyrannicam sibi potestatem vsurpant. Nam vbi de Rege sermo est, nescio quam authoritatem in eum sibi vendicantes, gladij ius illi non permittunt, etiamsi secundum Iuris formam omnia faciat, etiamsi legittimo processu obseruato sententiam ferat, eam tamen executioni mandare non possit: vbi verò de seipsis verba faciunt, nihil tale, sed mutato stylo. Liberum aiunt

erit

erit vnicuiq3 Domino (non secundum leues, neq3 seruata debita Iudicij formu-
la) sed secundum quod illi videbitur, subditum punire. Num autem isti verè
sibi nomen Euangelicorum vendicare non possunt, qui tam pulchrè cum E-
uangelio consentiunt? Quid enim est in Euangelio? Quod tibi non vis alteri
ne feceris. Nolunt autem isti sibi fieri, vt secundum quod visum Regi fuerit,
eos Rex inauditos nulla iudicij formula seruata puniri possit. Cur quod sibi fi-
eri nolunt à potestate cui subiecti sunt, id in subditos suos licere sibi volunt? Sed
Euangelij nulli sunt hostes infestiores, quam isti, qui quæ sola nobis præ cæteris
in Euangelio Christus maximè commendauit, pacem ruperunt, charitatem
extinxerunt, vnitatem scinderunt, et omnibus modis impedire conantur quod
ruptum, extinctum conscissum est, vt id ne redintegrari quandoq3 possit. Non
illi quidem recusant, quominus Regem habeant, verum & Regiam potestatem
exerceat; quandoquidem criminum suorum sibi conscij sunt ferre non queunt.
Sis aiunt Rex noster, verum nomine tantum, vt portes gladium per nos quidem
licet, verum vt eum stringas, nisi iussu nostro, et quando nobis visum fuerit: hoc
verò tibi licere minimè volumus. Nostro præscripto viuas oportet. Quod nisfe-
ceris imperata nostra, si vel in minimo ea transgressus fueris, sicut contra quem-
uis alium, ex ijs qui sunt subditi nobis, si non obedient, ita contra te quoq3 nobis
gladium stringere liceat. Qui volet dicto tibi sit audiens, nec eum coercendi pote-
statem habeas, nobis autem non obedire capitale sit, nec aliqua requiratur à no-
bis, quam exigimus à te Iudicij forma, sed sit nobis fas plectere subditum secun-
dum quod nobis videbitur, simul vt parum nobis monigerus fuerit. An autem
hæc ad Anarchiam quandam spectare non videntur, in quam eorum consilia, qui
sunt acerrimi Augustanæ Confessionis propugnatores, euasisse sub ipsum vitæ
suæ finem, qui fuit auctor ipsius Confessionis, qui suis eam chiritis conscripsit, gra-
uiter admodum neq3 temerè conqueritur. Videntur homines isti cœcitate quadam
& amentia à Domino percussi, qui talia Regi suo tanquam sibi subiecto præ-
scribere non verentur, sed qui habitat in cœlis irridebit eos, et Dominus subsa-
nabit eos, delebitur fœdus vestrum, quod cum morte percussistis, et pactum cum in-
ferno non stabit. Ac nisi fecerit à Deo constituta potestas, quoad est sui muneris:
faciet ille, qui Rex est Regum, et Dominus dominantium, et flagellum inundans
cum pertransierit, erit vobis in conculcationem. Sed nos tamen Supplices Deum
precabimur, ne contineat in ira sua misericordias suas, quin conuertat potius eos
qui sunt auersi, et auertat iram suam à nobis. Quod si verò qui iustè peccatis
nostris irascitur, fere diutius ea impunita noluerit, saltem ne in furore nos arguat
neue cum impio iustum quoq3 perdat. Bona spe sumus, quod sit supplicum preces
Deus exauditurus. Dissipa Domine gentes quæ bella quæ dissidia volunt, & spi-
ritum charitatis & vnitatis in cordibus nostris benignus infunde. Quod Patrem
tuum Cœlestem, sub illud ipsum tempus, quo fueras ad eum relictis terris migra-
turus, pro iis qui credituri fuerant in te, tam ardenter precatus es dicens Pa-
ter Sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi vt sint vnum sicut & nos
vt omnes vnum sint, sicut et tu Pater in me, & ego in te, vt et ipsi vnum sint.
Da Christe, vt huius tuæ precationis fructum aliquem consequi valeamus. Num
autem isti qui volunt Euangelici dici, quibus nullos habet Euangelium hostes
atrociores quod Regiæ Maiestati, nescio qua potestate præscribunt id ipsi fa-
ciunt. Num vbi semel colere cœperunt. Belial vel Islebiensem vel Geneuensem

vel quemcunq; tandem alium, ibi coli Christum à Christianis, quos habent permittunt, vt Christiano ritu Deum in templo colant? An omnibus illud manifestum non est, et mulctis, et plagis alicubi miseros colonos & Oppidanos deserere fidem Christianam et vel Augustanam vel quamcunq; tandem aliam perfidiam sequi coactos fuisse, vbi vel in Saxonia, vel sub Rhemi Palatino, vel in Anglia, vel in alijs quibuscunq; Prouincijs hæreticorum suos cœtus & Ecclesias habere Catholici permittunt. Sed quid opus est longius exempla petere. Quid Elbingensis Ciuitas Regi Christiano subiecta in eunte hoc ipso anno fecerit, nemo est qui nesciat. Non in sua sed in Regis Christiani Ciuitate fideles Christi ministros, purum illius Euangelium prædicantes, Magistratus ille ferendos esse non putauit, sed illos ex ea turpiter eiecit, et Ecclesiam à pijs in honorem Dei constructam, ad Idolum Islebiense colendum conuertit, et quod non fert inferior multò potestas, id vt ferat sublimior, non in alieno, sed in suo Regno, tanta contentione laboratur. Sed nolunt, quominus in perfidia sua perseuerent, impediri, cum interea qui Christianam fidem profitentur, eos vna cum ipso Christo non è sua, verum è Regia Ciuitate proscribunt, nec eius Euangelium à pijs & doctis viris, quibus nullum objci crimen verè potest, in ea prædicari permittunt. Sic isti, si Deo placet Euangelici, quod sibi fieri nolunt, id alteri facile non faciunt, quorum doctrina, quam sequuntur, non aliter dici potest Euangelium quàm quomodo lætum lætum, & bellum bellum dicitur, cum vtrunq; sit minimè lætum, & minimè bellum.

XV.

ALTERA EXCVSSIO EIVSDEM CONFÆDERATIONIS

Pro Instructione Sereniſſimi Poloniæ Regis HENRICI Ad Illuſtriſſimum Ludouicum Ducem Niuernenſem miſſa.

In hac istorum petitione quatuor consideranda veniunt Qui sint qui petant, Quid petant, A quo petant, Quo fine petant. Qui petunt, Euangelici dici volunt, Nouum hoc nomen est, Legimus in Actis Apostolorum, quod qui conuenerant Antiochiæ discipuli, primum ibi cognominati fuerunt Christiani, prædicabatur illis Euangelium et quidem ab ijs prædicabatur, à quibus initio traditum & conscriptum fuit. Manserunt illi tamen ab eo, qui author est Euangelij, cuius id magisterio, primum viua voce traditum, deinde literis quoq; mandatum est, à Christo nomen ducere, quam vel à traditione, vel à scriptura. Quod nomen ita posteritas etiam omnis complexa est vt quodquod ad hoc vsq; nostrum Sæculum Euangelio Christi suas ceruices subiecerunt, non aliud nomen, quam hoc quod est supra omne nomen præ se ferrent, nec ad laudem & gloriam sibi magis, amplum et illustre quidquam esse putarent quàm si Christiani vocarentur et essent. Nunc semel istud adulterè præclarum hoc nomen, quo gloriamur nos legittimi matris Ecclesiæ filij, quo gloriati sunt etiam Patres nostri, iam inde à Mille, quingentis annis fastidire cœperunt. Et Euangelici dici potius elegerunt, vt se non esse legitimam Patrum suorum sobolem declararent. Vel hoc solo nomine suspecta merito esse debent, quæcunq;

petuntur

petuntur ab illis omnia cum præsertim, cum Euangelio Christi commune nihil habeant, quin potius ex Diametro quod aiunt cum eo pugnent. Quid enim aliud in Euangelio, quàm Pax, quàm Charitas, quàm vnitas nobis commendatur. An aliud nobis Testamento Christus reliquit, ad Patrem suum discedens, quàm Pacem? An aliud quàm Charitatem diligentius commendauit? An aliud à Patre suo cœlesti petyt ardentius, quàm vt qui per verbum Apostolorum in eum essent credituri, vt vnum essent, sicut ipse cum patre vnum est vt essent consumati in vnum. An alia de causa mori dignatus est, quam vt filios Dei, qui dispersi erant congregaret in vnum. Nunc isti pacem ruperunt charitatem extinxerunt, vnitatem scinderunt, & interea dici volunt Euangelici. Conscy sibi sunt, quod à Christo, qui pax est nostra, qui facit vtraq3 vnum sacrilega separatione, se diuiserunt, & ei qui diuidit inter fratres, qui dispergit, qd est pretioso Christi sanguine congregatum adhæserunt. Quamobrem pudet eos eius nominis, a quo se disiunxerunt, et aliud sibi nomen, quod hactenus in Eccliâ Dei fuit inauditum confinxerunt. Euangelium Græcè sonat, idem quod lætaquædam & bona annunciatio latinè. Qualis ea fuit, quàm Pastoribus annunciabat Angelus dicens. Euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est nobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus: et subitò facta est multitudo cum Angelo militiæ cœlestis laudantium Deum & dicentium Gloria in altissimis Deo, et in terra pax. Christum ille Saluatorem annunciabat, a quo nomen ducimus. Pacem qua nihil est hominum generi lætius & optabilius prædicabant q~ Pax nostra Christus est, q~ fecit vtraq3 vnum. Fecit ex Iudæis & gentibus vnum populum in se credentium. Fecit vnum de duobus isti fecerunt duo, ac plura etiam quam duo de vna. Hoc est certè contrariũ illi, quod à Christo et Apostolis eius fuit prædicatum & factum, nec aliud est hoc, quàm Euangelium abolere, Christiq3 Crucis & mortis beneficium euacuare. Quamobrem si quod ab illis annunciatur Euangelium, hoc est lætaquædam annunciatio dici debet, non alia ratione dici potest Euangelium quam qua bellum bellum & lætum lætum dicimus, cum vtrumq3 sit & minimè bellũ & minimè lætum. Væ sempiternum et mortem sempiternam annunciant isti annunciant illud væ de quo legimus apud Esaiam. Væ qui dicitis bonum malum & malum bonum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras ponentes amarum in dulce et dulce in amarum. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis ipsis prudentes. Væ Prophetis insipientibus qui sequuntur Spiritum suum insipientes Prophetas, qui cum sint prudentes in suis oculis et nihil videant, malum bonum, tenebras lucem, mortem dicunt esse vitam et omnia contraria docent Euangelio Christi, vt nullum illis minus quam Euangelicorum nomen conuenire queat. Sed si nec Euangelici sunt, Christianorum verò nomen fastidiunt, quam illis appellationem tribuemus? Quod si ficum ficum quod est in prouerbio, si higonem higonem appellare licet. vocabimus eos Hæreticos. Verum offendit aures eorum nomen hoc, nec illud ferre possunt. Vtinam res ipsa potius offenderet, nec esse curarent, quod audire nolunt. Sed ipsum nomen per se turpe non est, cum hæresis Græcè, latinè dicitur electio. Si quis igitur nouam disciplinam, nouam opinionem aliquam eligit, quam ea quam

antea fuerat amplexus, esse putat saniorem, hæreticus vocatur quod si fiat in humanis disciplinis, infame non est. Verbi gratia fuit aliquis in hæresi Peripateticorum, factus est postea Stoicus, quod eam Philosophiæ partem saniorem esse persuasum habet, nullam ea res eius existimationi maculam asperoit. Sed si fiat idem in Diuina Philosophia, si qui fuit Christianæ Catholicæq3 Confessionis, ea reiecta nouam aliquam amplectatur. vel Wittenbergensem vel Genevens, vel quamcunq3 tandem aliam, aut proximis annis superioribus excogitatam, aut quæ pridem damnata, beneq3 sopita fuerat & ex Orco reuocatam, is certe fœdissimæ turpitudinis notam subit sempiternam. Nam & vulgari gentis nomine prouerbio dicit. Fama, fides, oculus, ludum non patiuntur, quod hæc tria sine magno periculo moueri non possunt. Nunc inspiciant isti facta sua, num priscam illam disciplinam retineant, num in his permaneant, qui didicerunt ab initio, num quod ipsis à Sanctis Apostolis nostris Archiepiscopo Gnesnensi Adalberto & Stanislao Cracouiensi Episcopo fuit Euangelizatum ab eo, nouis & peregrinis doctrinis abducti, et in aliud Euangelium traducti non sunt, nunc hanc nunc illam Sectam eligentes, & cuiq3 nomen Euangelij tribuentes. Quod si factum hoc ab illis non est hæreticorum sibi nomen verè tribui negare possunt. Mihi cum eorum pleriq3 priusq3 altius hæreses in Polonia radices egissent magna fuit familiaritas. Initio quidam ex illis, cum foras prospectare, seq3 mittere deorsum cœpissent, ex illa Ciuitate supra montem posita, quam nos in Symbolo Sanctam Ecclesiam Catholicam profitemur, si quod in Ecclesia reprehenderent, nihil aliud habere se dicebant, quam quod laicis vsus calicis negatur. Qui si concessus esset, in eo solo se libenter acquieturos, nec in reliquis vel vnguem latum ab Ecclesiæ placitis discessuros. Cæterum posteaq3 sibi calicem vsurparunt, non ita multo post longius progressi sunt, & Sacerdotium & Sanificium & omnem agnitionem Dei prorsus abrogarunt, nunc ad Lutheristas mox ad Caluinistas & ad Piccardos, quos fratres Valdenses vocant, inclinarunt, quodq3 suo sæculo factum esse deplorat Hilarius, vt menstruas, aut annuas fides profiterentur, id nunc quoq3 factum videmus, nam dum quottannis nouam fidem eligunt, ad extremum et ad Anabaptistas, & ad Trideistas transfugerunt, ac super quo terra possit inhorrescere, cœlum etiam ipsum obstupescere Christum à Sæculo Deum Deiq3 filium esse (profacinus indignum) negauerunt, huc vsq3 processit iam eorum processit, quam Hæresim Græci vocant, dum nouam quisq3 fiduciam sibi condit, nouam opinionem, quam reiecta priore sequatur eligit, hos Cales hæreticos esse, qui negauerit, cum ingens eorum in Polonia sit numerus, eadem audacia lucere solem in meridie negare potest. Sunt igitur Hæretici qui petunt, nec vnius generis hæretici, verum colluuies hæreticorum omnium. Omnes enim iam ab infensis reuocatæ videntur, etiam ipsorum hæreticorum testimonio. Nam vt de alijs Sectis taceam, hoc ipso anno liber editus in lucem est à Schola Wittenbergensi, de Persona & Incarnatione Christi in quo germanis Lutheranis Samosatensium, Marcionitarum, Manichæorum, Sabellianorum, Arianorum, Nestorianorum, Eutychianorum, Monotelitarum horrendos errores impingunt. At illi modo non eorundem vicissim

Vittenbergen⁹ insimulant & vtrq3 alteros in Machometismum inclinare Tragicè vociferantur. Hæreticos igitur esse, vel suo ipsorum de se mutuo testimonio constat, quod etiam Electorem, Christianissimi Regis huius pedibus manibusq3 quod aiunt esse refragatos, et eam omnibus modis impedire conatos palam est. Nunc quid ab eis petatur expendamus

Petebat olim Herodias saltatrix decollari Ioannem Baptistam, quo non surrexit maior inter natos mulierum. Fuit illud perquam crudele, sed multò crudelius & horribilius est, quod petunt isti saltatores, ne dicam an saltatrices. Nam si vanium est et mutabile semper fœmina, nihil potest istis esse magis vanium & mutabile, qui de vna fide subinde prosiliunt in aliam, vel saltandi finem vllum faciunt, donec eo perueniant, vt dicat insipiens in corde suo, Non est Deus. Petunt enim Saltatrices istæ non Ioannem, sed cuius non se dignum esse confitetur Ioannes, vt soluat corrigiam calceamenti. Christum ipsum decolari, quod sibi summa cum importunitate concedi postulant. Nec sunt eo contenti, si Corpus à Capite sit separatum, sed volunt insuper in minutissimas partes illud Corpus esse dissecatum, quin et illud interposito iureiurando caueri sibi contendunt, nullam vnquam adhibitam iri medicinam, vt redintegrari possit. Potest ne vel cogitari magis immane faciamus vllum, et magis horrendum? cum impij milites Christum in Crucem egissent, integrum corpus illius in Cruce reliquerunt, et sicut futurum Propheta prædixerat, os ex eo non comminuerunt. At isti præclari milites, quamlibet impios illos immanitate sua longa superant, nec enim in hoc rabies eorum requiescit, si corpus à capite separatum videant, sed omnia ossa cupiunt ex eo comminuta. Sed hic dicet aliquis Nonne scriptum est, Christus resurgens à mortuis, iam non moritur amplius, mors illi vltra non dominabitur. Quomodo igitur tu dices Christum decollari, & corpus eius lacerari? Sed non est hoc inusitatum in scripturis, quod Ecclesia vocatur mysticum Christi corpus. Nam sic à Paulo scriptum legimus quod Christum dedit Deus caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus illius. Et alio loco. Vos estis corpus Christi. Quanti verò fecerit corpus hoc suum Christus Ecclesiam hanc suam, vel ea res documento nobis esse potest. quod vt illam colligeret, et nos omnes vnum secum corpus efficeret, verum illud & viuum suum Corpus in ara Crucis mactandum obtulit. Hoc igitur corpus quod ille sui sanguinis precio comparauit, cuius causa viuo & vero suo corpori non pepercit, sed illud omni genere suppliciorum prius excruciatum in mortem tradidit, hoc tam charum Christo Christi Corpus, vt à Capite suo Christo perpetuò separatum, vt in minutissimas partes liceat videre dissecatum, & vt iuret Rex nunquam se facturum, vllum vt remedium, quo redintegrari possit adhibeat, tanto studio flagitant istæ Saltatrices. Memini quod superioribus annis, non aliud flagitabant, quam vt in vsu veri & viui Christi Corporis, quod est in Sacrosancta Eucharistia, aliqua mystici Corporis Ecclesiæ fieret separatio, vt sub vna specie pars vna sumeret, sub vtraq3 pars altera. Non ita multo post fuit petitum vt Christianæ Confessioni nuntium ijs qui vellent remittere et illius loco Augustanæ nomen dare liceret aliquot annis interiectis petitum est, vt sicut Augustanæ sic & Genevensi vel Tygu

vinæ Confessioni locus concederetur, vt impunè, quisq3 mendacij veritatem argue-
rè posset, cum accepto pane dixit. Hoc est Corpus meum: et accepto Calice
Hic est sanguis meus. Hæc petebantur priusquam ego fuissem in Vrbem profe-
ctus. Quamuis autem qui proximo superiore anno in Christo obdormiuit Sigis-
mundus Rex secundus, cuius animam Deum propitium precor, ad minus mul-
ta conniuebat, nunquam tamen vt istarum Saltatricum importunitati cederet
& eorum petitionem publico decreto quasi comprobaret, ab eo potuit obtineri
Nunc autem longius multò progressi videntur quam antea, volunt enim non
modo Lutheranismum, & Caluinismum verum & Anabaptismum & Trideis-
mum, fortassis autem & Atheismum sententia Regia quodammodo approbari
volunt, vt iuret se non impediturum, quominus suam quisq3 fiduciam sibi condat,
quominus suam quisq3 volet hæresim apertè profiteatur, quominus Christi Sa-
crosanctum Corpus pedibus conculcet Sacerdotium, Sacrificium, et omnem Dei
cultum reijciat, Sanctissimam Trinitatem impunè blasphemet, Christum à Sæ-
culo Deum Deiq3 filium esse neget. Vix dum anni decem interceßerunt, quod
edidit libellum quendam Stancarus, cuius verbum initio quidam tanquam
Dei verbum receperant, et non alio loco doctrinam illius, quam quo Sanctum
Euangelium habuerant, in quo Polonos equites reprehendit, quod sicut post
Pauli discessum, a recta fide Galatæ defecerant, sic et ipsi post eius discessum
defecerint ab illius Euangelio cumq3 mississent pro consilio ad Geneuenses atq3
Tyguinos, ab illis Arrianam Eutychianam Apollinaristarum, Thymotheiano-
rum, Acephalorum, Theodosianorum, Gaianitarum, & Macarianorum hære-
ses, eis pro fide Catholica fuisse scribit remissas quam amplexi postea fuerunt.
Has igitur Hæreses omnes, & quæ postea etiam horribiliores sunt consequutæ
petunt à Regia Maiestate confirmari, iuratus vt promittat, se nunquam com-
missurum, vt quominus in Regno suo grassentur hæreses omnes, vllo modo im-
pediat. Admonuit eos aliquando, Sanctus ille Rex & Propheta qui cum
summa potestate versantur. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudica-
tis terram, seruite Domino in timore. Nunc isti Regi suo longè diuersam
cantilenam occinunt. Non intelligas aiunt Rex non erudiens qui iudicas
terram non seruias Domino in timore. Tum enim Reges Domino seruiunt in
timore, quando quæ contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibent atq3
plectunt. Aliter enim seruit potestas qvia homo est, aliter quia etiam & Rex
est, quia homo est, ei seruit viuendo fideliter, quia verò etiam Rex est seruit,
leges iusta præcipientes et contraria prohibentes conuenienti rigore sanciendo
Sicut seruiuit Ezechias, lucos et templa Idolorum, & illa excelsa, quæ contra
Præcepta Dei fuerunt constructa destruendo. Sicut seruiuit Iosias talia & ipse
faciendo, sicut seruiuit Rex Niniuitarum vniuersam Ciuitatem ad placandu
Dominum compellendo. Sicut seruiuit Darius, Idolum frangendum in potestate
Danieli dando, et inimicos illius leombus ingerendo. Sicut seruiuit Nabuchodono
zor, omnes in Regno suo positos à blasphemando Deo, lege terribili prohibendo
In hoc ergo seruiunt Domino Reges, in quantum sunt Reges, cum ea faciunt ad
seruiendum illi, quæ non possunt facere nisi Reges. Nunc Saltatrices istæ contra
tam expressum Dei verbum cogere volunt Regem ne Domino seruiat in timore

Noli

Noli aiunt curare in Regno tuo, a quo tueatur vel oppugnetur Ecclesia Domini tui, non ad te pertinet in Regno tuo quis velit esse sine Religiosus sine Sacrilego, quasi verò magis ad Regem pertineat, siccarios, veneficos, parricidas, et quorumuis aliorum crimimum capitalium affines plectere, quam psychotyranos, hæreticos, cum omnia quotquot cogitari possunt crimina, cum uno hæreseos crimine collata festuca sint cum trabe comparata, minus ut peccaturus Rex videatur si rapinas, si furta, si cædes, si latrocinia, si quæuis alia, quamlibet atrocia crimina in Regno suo impunè patrari permittat, quamsi Christi Corpus Ecclesiam à capite suo separari, si omnia ossa ex eo comminui, si tot hæreses in eo graßari patiatur, quot sunt voluntates: quot ut faciat isti tanto studio contendunt: volunt ut Rex non sit Rex, volunt ut frustra gladium portet, in Christi causa præsertim, quasi verò non Christi magis causam quàm aliam quamcunq; Rex defendere teneatur. Scripsit aliquando Philippus Melanchthon de Germanis Lutheranis, quod eorum consilia non alio spectant, quam ad Anarchiam quin autem & his non aliud sit propositum, nec alò cogitationes eorum referuntur, omnes, quam ad Anarchiam sanus nemo dubitare potest. Habes igitur Serme Rex quid isti petant: petunt enim ut ne sis Rex, ut ne portes gladium, aut si portes, ut frustra portes, ubi Christus blasphematur, ubi Corpus eius laceratur ubi ne possis uti gladio.

CÆTERVM à quo petunt? Num ab Herode? Imò ab Herodis Regis. Rege longè dissimillimo: petunt ab eo, qui semper es habitus, qualem à Deo continuis precibus nobis concedi postulauimus, acerrimus Catholicæ fidei propugnator, qui publicè coram hominibus Christum confiteri nunquam erubuit, et quidem tam ardenter, ut caput etiam suum, dum prælia Domini præliaretur in apertum discrimen non semel obiecerit, qui cum vix dum ex ephebis excesßet contra Christi Christianißimiq; Regis fratris sui perduelles fortiter pugnando, cæsis illis, fusis et profligatis, tot est insignes victorias consequutus, quibus nomen etiam suum immortalitati consecrauit, ut merito quis possit obstupescere, quod à tali Rege tam hæc abominanda petere fuerint ausi qui pietatis incredibilis, et in fide Catholica tuenda constantiæ, tot iam dedit adeò præclara documenta de quo certò sibi persuadent pij omnes quod prius vitam cum sanguine sit profusurus, quàm ut eius generis aliquid à se permittat obtineri, quod eius quem sum per hactenus constanter et intrepidè coram hominibus confeßus est, negati Christi speciem aliquam habere posse videatur.

Sed quo fine petunt, aut cui bono futura dicunt hæc? Finem hunc prætendunt quod hæc una sit ratio, qua pax inter dißidentes de Religione conseruari queat. An autem hunc finem non citius consequerentur, si dißidium ipsum Religionis tollendum curarent, quam ut eo permißo, pacem inter dißidentes expectari posse putarent. Scilicet in dißidio et non potius sublato dißidio speranda pax est. Longè diuersam rationem conseruandæ pacis ac tranquillitatis nostri maiores inierunt, cum ante centum triginta et amplius annos à dißidio Religionis metuendum eßet Regno viderent. Non illi quod à saltatricibus istis factum est aduersus Dominum, et aduersus Christum eius, sed pro Christo fœdus inierunt quando præclara quadam Confœderatione in noua Ciuitate Korozyn facta si quis hæreticales errores facere vel promouere vellet, contra talem siue tales &

in earum destructionem omnes consurgere se velle promiserunt. Quam pia, quaq3 Sancta fuit illa Confœderatio, cum qui pugnat ex Diametro, qui nunc iure iurando Regis confirmanda profertur. Cum autem vnanimi omnium Ordinum consensu Rex Regni Statuta se conseruaturum iurauerit, in quibus est illa Sancta Confœderatio, quomodo nunc diuersum ab eo vt iuret exigitur sacrificet calidum et frigidum ex eodem cum volunt ore efflare. Legimus in Regum Historia quod à tribu Iuda hoc est eorum qui verè Deum confitentur, se decem tribus Israël separauerunt, et pro vero Deo colebant Idola, per quos hæreticos intelligi volunt Sancti Doctores, qui de flore ac spe & gloria pristinæ fidei corruerunt, qui quando scripturas sacras malè intelligeunt, atq3 peruertunt vino, quando verò Sæculari abutuntur sapientia, et Dialecticorum tendiculis sicera inebriantur. His Prophetæ sancti graues calamitates denunciabant, qui cum non statim sequerentur illudebant illi Dei Prophetis, subinde illa verba repetentes, Manda remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Quid autem ad hæc illi quos vivos illusores vocat Esaias. Percussimus aiebant, fœdus cum morte, et cum inferno pacti sumus. Flagellum inundans, cum pertransierit, non veniet super nos quia posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protecti sumus. Putabant illi miseri, qui Prophetis eos ad resipiscentiam vocantibus illudebant se iam fore securos neq3 sibi periculi quidquam imminere, quandoquidem cum morte & cum Diabolo fœdus percussissent. An autem ij de quibus nobis sermo est, ad vivos illos illusores proximè non accedunt, an illorum fœdus, quod cum morte & cum Diabolo percusserunt non est illi simillimum. Verum quid ad hæc Dominus? Audite inquit Verbum Domini viri illusores. Delebit fœdus vestrum cum morte, & pactum vrum cum inferno non stabit. Non hæc est ratio dicit Dominus, qua securitati vestræ prospicere possitis, si cum Diabolo fœdus percusseritis, si cuius ille Pater est, mendacium spem vestram posueritis, si mendacijs vos protectos iri putaueritis, non hæc est ratio quin audite Verbum Domini viri illusores. Flagellum inundans cum transierit eritis ei in conculcationem, hoc est omnes illas calamitates perferretis, quas fœdere cum Diabolo facto minimè vos esse passuros persuasum habeatis, quæ tantæ futurè sunt, vt vos conculcaturæ prorsus et contriturè videantur. Frustra vobis polliceimini, si Christum & Baal, simul in eodem Regno colendi potestas permissa fuerit, iam omni metu fore eos liberos. Coangustatum est stratum ita vt alter decidat & pallium breue vtrumq3 operire non potest: non potestis duobus Dominis seruire, non potestis calicem Domini bibere, & calicem Dæmoniorum. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate, quæ societas lucis ad tenebras, quæ comentio Christi ad Belial, quæ pars fideli cum infideli, qui consensus templo Dei cum Idolis. Nihil est quod existimetis vos in aurem, quod aiunt vtramq3, securos dormire posse, si iaceat in eodem strato Christus & Antichristus vel Islebien vel Geneuen, vel quicunq3 tandem alius, Dominus Deus noster Zelotes est, solum se coli solum se vult adorari Deos alienos non fert. Deos autem alienos hæreticorum dogmata vocare, non est in scripturis inusitatum. Sponsus noster Christus est, et est vniuscuiusq3 fidelis animæ stratum angustius, quam vt maritum & adulterum ferre queat, breuius est pallium, quam vt vtrumq3 possit operire. Decidat alter necesse est, decidat adulter qui nisi fuerit deiectus è strato fidelis animæ, quod metuit peccator, veniet super eum. Flagellum inundans erit vobis in conculcationem. Quamdiu cum legittimo sponso Christo Mœchus Diabolus in eodem lecto iacere, & in eodem Regno

coli, simul et adorari permissus fuerit, pacis et concordiæ spes esse potest nulla, non potest vnus lectulus, vna Dei viui Ecclesia, capere mœchum et maritum Christu & Belial, Catholicos & Hæreticos. Quo maior est istorum insania, qui putant egregiè Regni tranquillitati se prospecturos si perfecerint, & in vno Regno duæ fides permittantur, quarum altera perfidia sit, necesse est, cum fides nisi vna sit, fides dici non possit. Sicut vnus Deus, vnus est Christus ita & fides esse non potest nisi vna. Et ab eo Rege, se id putant impetraturos, qui suo periculo didicit, quantas ea res calamitates in patria sua attulerit, in qua duæ fides duos Reges pepererunt et aduersus Dominum & aduersus Christum eius, Christianissimum Regem à Deo coronatum, à Christi perduellibus arma parricidialia sumpta fuerunt quanto multorum sanguine, quanta Regni totius clade constiterit: hæc permissio ludus vt fidium ex fide fieret complurium oculis, et auribus testatius est, quam vt ea mihi nunc prolixiore sermone commemorare sit necesse. Quamobrem cum Hæretici, vel si Prophetæ verbis vti malumus, viri sint illusores, qui petunt, cum rem extremè flagitiosam et horrendam petant, qua nihil vel cogitari queat magis detestandum mirum vt Christi Corpus mysticum, quod ille sic dilexit, vt pro illo verum & viuum suum Corpus, in mortem traderet, sic in minutissimas partes conscindatur, vt nullus os integrum in eo relinquatur, nec vlla deinceps residua sit spes eius redintegrandi, cum ab eo Rege petant, quem constat Corporis huius Christi tuendi & conseruandi causa: nec sumptibus vllis hactenus pepercisse, nec labores vllos defugisse, nec vlla pericula declinasse, vbi vt ei Spiritus non raro fuerit, dum illud ab interitu seruare curat: postremorum, quem sperant finem, cum non modo non consequuntur verum etiam si quod petunt concedatur, ea res Regno sit internecionem allatura quis est, qui non videat, quam pulchrè quadret in istos, quod olim de vinis illis illusoribus dixit Propheta: quod præ vino, præ ebrietate errauerint, absorpti sunt à vino errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. Mihi quidem persimiles ijs esse videntur, qui cum graui periculosaq; febri laborauerint, ab omni mente deserti, currunt in præceps, & vltrò sibi mortem conscisce cupiunt; an autem tales ligandi potius non sunt, & modis omnibus, quamlibet inuiti retinendi quam vt in desideria cordium suorum traditi perire permittantur. Est quidem hoc id genus hominum permolestum, si quis eorum voluntati refragetur, & per quos id fit, eos crudeles aduersarios et inimicos existimant. Sed simul vt paroxismus præterierit, et ad mentem sanam redierint, non alios magis erga se fuisse beneficos agnoscut, quàm à quibus prohibiti fuerunt, etiamsi durioribus vinculis, ne se possent è lecto precipere, ligati fuerint: ingentes illis agunt gratias, quod eorum prospicere sanitati quàm parcere voluerunt peruersæ voluntati. Ne dubita Seremissime Rex quin idem quoq; tibi sit euenturum, si quod in hoc suo paroxismo febricitanter isti petunt non statim concedendum, sed eorum valetudini potius duxeris esse consulendum. Veniet ille dies, quo plus etiam quam, à quibus in hanc lucem editi sunt parentibus suis, tibi parenti Patriæ suæ se debere profitebuntur cuius immortali bñficio nõ ab hac poranea quã oppetere tamèn aliquãdo necesse est, verum à morte seruati sint sempiterna. Tanta pietas hæc et misericordia tua nunquam ex eorum excidet memoria, qua tibi peruetuis temporibus eos deinceps mos redditurus. Quamobrem si cupis infeliciu istorum, quibus recte dici potest, nescitis quid petatis, si Regni tui, si tuam ipsius salutem et incolumitatem conseruatam et facere & pati prius omnia paratus esse debes, quam vt vel minimum quid eorum, quod petunt largiaris.

XVI.

Confœderatio, de Religione dissidẽtium, post mortem Sigismundi Augusti, ab HENRICO Rege Poloniæ, contra Protestationes Statuum tam Spiritualium quam Sæcularium, omniumq3 fidem Sanctam Romanam profitentiũ, Parisiis iuramento confirmata, 10 Septembris 1573.

Iuramentum Henrici Regis Poloniæ Electi.

Ego HENRICVS Dei gratia Electus Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ Masouiæ, Kiioniæ, Volyniæ Podlachiæ, Liuoniæq3 &c. Dux Andium, Borbonii orum, Aluernorum, Comes Marchiæ, Foresti, Quærcii Nouergii Montisforti, per omnes Regni Ordines vtriusq3 gentis, tam Poloniæ quam Lithuaniæ, cæterarumq3 Prouinciarũ communi consensu liberè electus, Spondeo ac sanctè iuro Deo Omnipotenti, adhæc Sancta Iesu Christi Euangelia. Quod omnia iura, libertates, immunitates Priuilegia publica & priuata, iuri communi vtriusq3 gentis, et libertatibus non contraria Ecclesiasticas & Sæculares, Ecclesiis, Principibus, Baronibus, Nobilibus Ciuibus, Incolis, & quibuslibet personis cuiuscunq3 Status & conditionis existentibus, per Diuos Prædecessores Meos Reges et quoscunq3 Principes Dominos Regni Poloniæ & magni Ducatus Lithuaniæ, præsertim verò Cazimirum antiquum, Ludouicum Lois nuncupatum Wladislaum primum Iagiellonem dictum, fratremq3 eius Witholdum, Magnum Lithuaniæ Ducem, Wladislaum secundum Iagiellonis filium, Casimirum tertium Iagiellonidem, Ioannẽm Albertum, Alexandrum, Sigismundum primum, Sigismundum secundum Augustum, Reges Poloniæ & Magnos Duces Lithuaniæ iustè & legitimè datas, concessas, emanatas, & donatas, ab omnibusq3 Ordinibus tempore Interregni statutas atq3 sancitas, mihi oblatas manu tenebo obseruabo custodiam & tenebo in omnibus conditionibus articulis & punctis in eisdem expreßis pacemq3 et tranquillitatem inter dissidentes de religione tuebor, manu tenebo, nec vllo modo vel iurisdictione Nostra, vel Officiorum Nostrorum & Statuum quorumuis autoritate quemquam afficiam opprimiq3 causa religionis permittam, nec ipse afficiam nec opprimam. Omnia illicitè à Regno magnoq3 Ducatu Lithuaniæ & Dominiis eorundem quocunq3 modo alienata, vel bello vel quouis alio modo distracta, ad proprietatem eiusdem Regni Poloniæ Magniq3 Ducatus Lithuaniæ aggregabo, terminos Regni & Magni Ducatus non minuam, sed defendam & dilatabo, iustitiam omnibus incolis Regni, iuxta iura publica in omnibus Dominiis constituta absq3 omnibus dilationibus & prorogationibus administrabo, nullo quorumuis respectu habito. Et si (quod absit) in aliquibus iuramentum meum violauero, nullam mihi Incolæ Regni omniumq3 Dominiorum vnius cuiusqueuis gentis obedientiam præstare debebunt, imo ipso facto eos ab omni fide, obedientia Regi debita liberos facio, absolutionemq3 nullam ab hoc meo iuramento, à quoquam petam, neq3 vltrò oblatam suscipiam. Sic me Deus adiuuet

To taki pokoy polityczny Henryk Koromie Polskiey poprzysiągł, ktorym wszytkie Stany tak Duchowne iako y Swieckie pomießał y poturbował, y Succeßorom swym do tego drogę podał. Za co Bogu sprawiedliwym Sądem rachunek podobno dał, bo y własnego Krolestwa dziedzicznego Francuskiego Bog go pozbawił, y śmiercią go okrutną z tego swiata zniosł. Albowiem iasne pismo Boże iest Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio est iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Qui consensus templi Dei cum Idolis? Nulla societas fidei & perfidiæ potest esse, *iako Swięty Cyprjan mowi. A S. Augustin tak piße.* Non habemus partem cum iis, qui fecerunt partem, qui se ab Vniuersali Ecclesia diuiserunt.

Epistola 2. ad Corynth. Cap. 6.

D. Cyprian. Epist: 55
D. August. c. Schisma: 24. q. 1.

Rationes quibus ostenditur, ex Iuramẽto Henrici Regis quo dissidentibus Confœderatio est approbata, eam nullo iure subsiste re posse. XVII.

1. Pax Dei cum Diabolo, non est Pax, Sed Pax Confœderationis Pax est Dei cum Diabolo, Ergo pax Confœderationis, *wedłuo Proroctwa Hieremiaſſowego*, Non est Pax. *bo w ſobie zamyſka* Ignominiam, confusionem, ruinam, & abominationem, *Według tych ſłow Prorockich* Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes Pax Pax et non erat Pax, Confusi sunt quia abominationem fecerunt, quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Quamobrem cadent inter ruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dnus. *Ieremiæ Cap. 6*

2. Pax quæ est matér & nutrix dissensionum non est Pax, Sed huiusmodi est Pax Confœderationis, Ergo Confœderationis Pax, non est pax. Quia pax Confœderationis est permissio variarum religionum (vt potè Adamitarum, Machumetistarum, Iudæorum, Lutheranorum, Hugonothorum, Caluinistarum, & aliarum fædissimarum Sectarum) quam esse matrem & nutricem dissensionum semper est ab omnibus iudicatum. *Probatur hoc in Protho: Płocensi, sub Actu feria quinta ante festũ Natiuit: S. Mariæ, Anno 1573*

3. Impunitas scelerum nullo modo est nomine pacis appellanda, aut vera pax censenda: Sed Pax Confœderationis est impunitas scelerum, ergo nomine pacis non est appellanda, neq; vera pax censenda. *Boy Plato tak napiſał in Libro de Legibus.* Si quis impiè quicquid agit vel loquitur, qui fortè præsens fuerit Deos defendat, Magistratibusq; significet. Quorum si plurimi audierint, harum rerum iuditium secundum leges deferant. Quod si quis Moratus audierit neq; detulerit ipse impietatis reus fiat, & qui velit, pro vltione legum prosequatur. Et si quis condemnatus fuerit, Iudices hunc pro singulis impiè commissis, singulis quibusq; afficiant suppliciis, *y na mſzym meyſcu tenże Plato tak mowi* Sit Lex huiusmodi simpliciter cunctis imposita, Sacella nemo in priuata Domo habeat, cum verò animum quis ad sacrificandum induxerit, ad publica sacrificaturus accedat, & Sacerdotibus tum Viris tum mulieribus hostias præbeat, qui curam harum rerum castissimè gerunt, quibuscum & piè oret, & quicunq; cum eo simul orare vellet. hæc ideò ita fiant quia Sacella & Deos instituere non facile est, quippè magni ingenii rem istam facere. *Plato de Legibus Lib: 10 Fol: 959* *Idem de Legibus Lib: 10 Fol: 959 circa finem*

4. Pax insidiosa non est pax, vt cuilibet notum est. Quando enim inter dissidentes pax componitur, omnia sýncere & apertè quæ vtrinq; postulantur exponi debent. Alioquin vbi fraus & insidiæ alterius partis detectæ fuerint, necesse est pacem constitutam conuelli. Sed pax Confœderationis est insidiosa; ergo non est Pax. Quod pax Confœderationis sit insidiosa demonstratur. Quia vnum in ea proponitur apertè, alterum celatur & occultatur insidiosè. Proponitur apertè quasuis hæreses amplectendi libertas, & eius libertatis impunitas; hæc enim duo pacis nomine in Confœderatione intelliguntur.

5. Pax quæ vtrinq; parti dissidenti non est æqualis, non est Pax, sed vnius potius partis oppressio, vt est per se manifestum. Sed Pax Confœderationis non est Catholicis et Euangelicis quæ sunt partes dissidentes æqualis Ergo non est Pax sed vnius partis, id est Catholicorum oppressio. Quod sit Catholicorum oppressio ostenditur. Mos etenim & ius Euangelicorum est huiusmodi, vbi dominantur & rerum potiuntur, omnem Catholicæ Religionis publicum vsum & professionem prohibent, & in secus facientes grauissimis pœnis & suppliciis animaduertunt. Ita faciunt in Anglia, Hollandia, Saxonia & Polonia

Rigenſes, Catholicis omnem facultatem ademerunt publicarum per Vrbem proceſſionum & funerum deducendorum. Thorunenſes, Proceſſionem Catholicam cum Venerabili Sacramento in feſto Corporis Chriſti non permittunt celebrari alias etiam proceſſiones quantum poſſunt impediunt. Elbingæ nullus eſt Catholicæ Religionis uſus & exercitium. Gedanenſes quoq3 certos Catholicis cancellos in uſu Religionis circumſcribunt.

6. Pax quæ Eccleſiæ Dei & Reipublicæ noxia eſt non eſt pax. Sed Pax Confœderationis et Eccleſiæ Dei & Reipublicæ noxia eſt Ergo Pax Confœderationis non eſt Pax. Nam quod ad Eccleſiam attinet, hæc perfidia & hæreſibus mirum in modum perturbatur & vaſtatur. Quod verò etiam ad Rempublicam attinet, multis ei nominibus Confœderatio nocet. Primò quia fundamentum pacis cuiusq3 Reipublicæ, ſcilicet Religionem conuellit. Diuini Platonis eſt illud. *Omnis humanæ*
Plato Lib: 10 de Republica *ſocietatis fundamentum conuellit, qui religionem tollit, aut ex animis hominu conuellit.*
Idem Lib: 4 de Legibus Et alibi. *Religionem eſſe firmamentum Reipublicæ: itaq3 potiſſima de ea conſtituenda cura Reipublicæ eſſe debet &c.* Secundo. Quia inuehit in Rempublicam nouitates & mutationes, quibus nihil Reipub: perniciosius. Recte enim Plato docet
Idem Lib: 4 de Repub. *Non poſſe immutari religionem, abſq3 magna Reipublicæ immutatione* Et Cicero
Cicero lib: 2 de Legibus. *Non debet eſſe liberum cuiquam de religione iuditium, quod hæc libertas magnam pariat perturbationem atq3 perniciem Reipublicæ.* Tertio. Quia tollit humanæ ſocietatis vinculum præcipuum fidei conſenſum. Quomodo enim inter nos benè conueniat, ſi tu mihi ſis Ethnicus, ego tibi Publicanus; tu mihi Iudæus, ego tibi Samaritanus. quæ pars eſt fideli cum infideli; ait Apoſtolus.

7. Ex ipſorum Hæreticorum iuditio apparet. Quod pax Confœderationis Non ſit Pax, Quia Heretici docent, Permittendum quemlibet conſcientiæ ſuæ, vt quod velit credat. Quod etiam Beza ipſe licet Hæreticus, in quadam Epiſtola ſua refutat, dum dicit. *Libertatem conſcientiæ permittere, ſinere vnumquenq3 ſi volet perire, merè Diabolicum dogma eſſe. Et hæc eſt illa Diabolica libertas, quæ Poloniam & Tranſyluaniam tot peſtibus implevit, quas nullæ alioqui ſub Sole Regiones tolerarent* &c.

Iakoß tedy Henryk Rex Polyticus, ſtuſmè miał y mogł przyſiegac, na tak mẽzbozną Konfœderacyą; ktorey omnes ſtatus tam Spirituales quam Sæculares Religionis Chriſti *anæ przyiąc niechciały, y owßem Poſłowie do niego poſłani (mianowicie Kſiądz Adam Konarſki Biſkup Poznanſki, Woyciech Łaſki Woiewoda Sieradzki, y Mikołay Chryßtoph Radziwił Dux in Olyka & Nießwieß ac Curiæ M. Ducatų Lith. Marſchalcus) w tym go przeſtrzegali, że na Konfœderacyą te żadnym ſpoſobem nie pozwalaią, y że ſię tak Primas ſam Kſiądz Vchanſki z Proteſtatyą ſwoią iako y inſi Biſkupi ze wßytkim Duchowieńſtwem przeciwko niey ozywali y Proteſtowali, także y Woiewodztwa oſſobne iako było Płockie, y innych Swieckich Katholikow adhærentow bardzo wiele, ktorzy Cane peius et angue, tą Konfœderacyą brzydzili ſię, y na nię żadnym ſpoſobem przyzwolic niechcieli,*

XVIII. Caluiniana Hæreſis, per Confœderationem diſſidentũ de Religione ab Henrico iuramento Pariſiis approbata, in Poloniam introducta

